UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

**Toschi, Domenico**

**[Coloniae Agrippinae], 1623**

H.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95003

Visual Library

# H.

## HABILITAS VERBORVM REQVIRItur ad operationem. Concluſ.1.

1 HABILIA † verba requiruntur ad hoc, vt teſtamen-
tum tranſeat in contractum; ideo is, qui inſtituit
hæredem, & dicit, ſi non valet vt teſtamentum, va-
leat vt donatio inter viuos, nõ poteſt transferre vl-
timam voluntatem in contractum, niſi adſint verba
habilia, veluti ſi ſubiungat, prout, eo caſu dono; quia inſtitutio
hæredis non tranſit in contractum ſine verbis habilibus ad con-
2 tractum, pulchre Signorol. Homod. *conſil.171.n.11.& ſeq.* † Exten-
de; quia verba reſeruantia, prout ſi dicatur, *reſeruato vtili dominio*
*tali*, non ſunt habilia ad transferendum dominium, ſi nõ habet,
ſed bene ſi habet, ad reſeruandum; quia reſeruatio non eſt apta
3 transferre. Crauett. *conſil.70.n.6.& conſil.127.n.6.* † Extende; quia
verba, *contraxerunt, geſſerunt*, non pertinent ad teſtandi ius, ſed ad
4 contractus. *l. verba contraxerunt. ff. de ver. ſignif.* † Extende; quia ſi
Eccleſia renouat emphyteuſim filiis primi emphyteutæ, bene e-
rit renouatio; ſi vero tertio, & extraneo renouat, non poteſt eſ-
ſe renouatio; quia verba renouare non aptantur ad nouam cõ-
ceſſionem penitus diuerſam. Io. de An. *conſ.84.nu.2. ver. quarto po-*
5 *teſt.* † Extende; quia conſtituere dotem vxori defuncti importat
dotem facere, vigore *auth. præterea. C. vnde vir & vxor*, non autem
poteſt importare reſtitutionem; quia valde differunt, & vnum
non eſt habile ad aliud. Caſtr. *conſ.150. Viſo caſu, colum.2. ver. nunc eſt*
*videndum, lib.2.*

## Habilitas requiritur in omni diſpoſitione. Concluſ.2.

1 STATVTVM † diſponens, quod vicini teneantur capere male-
factorem, intelligi debet de vicinis habilibus; quia infans, &
ſimilis non cadunt in ſtatuto loquente de captura. Bartol. in *l. ſi*
2 *tertius, in fin. ff. de aqua pluu. arcen.* † Extende maxime in diſpoſitione
legis; quia etiam ſi adſit dictio vniuerſalis; tamen non includit
inhabiles, ne ſequatur correctio legis, ita Roland. à Val. *conſ.61.n.*
3 *43.& ſeq. lib.1.* ſecus ſi ab homine. † Extende in ſtatuto, quod a-
gnati proximiores adhibeantur in alienatione rerum minoris;
quia intelligitur de habilibus; ideo, qui dicit non eſſe ſeruatam
ſolemnitatem, debet probare, quod eſſent proximiores habiles,
& præſentes, alias ſuccumbit. Alexand. in addit. ad Bartol. in *d. l.*
4 *ſi tertius, in fin. in ver. aliter. ff. de aqua pluu. arcen.* † Extende in ſtatuto
ſuper lucro dotis mariti, ſi vxor deceſſerit ſine filiis; quia debet
intelligi, ſi eſt habilis ad habendum filios potentia, & actu, vt ſit
traducta, & poſſit carnaliter cognoſci propter qualitatem, *ſi ſine*
5 *filiis deceſſerit*, ita Abb. *conſ.1.n.6. verſ. ſecundo principaliter. lib.1.* † Ex-
tende in ſtatuto, quod ſtetur iuramento denunciantis; quia in-
telligitur de habili; nam habilitas ſemper requiritur in omni diſ-
poſitione, multo magis in ſtatutaria, ita Anchar. *conſ. 417. Plures*
6 *ex prædictis, in princ. verſic. ſecundo præmittendum.* † Amplia; quia lex
generaliter loquens, quod vnuſquiſque poſſit teſtari fauore piæ
cauſæ, prout eſt *l.1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* intelligitur de habili ad teſtã-
dum; ideo impubes, prodigus, cui facta eſt interdictio, vel fu-
rioſus, qui caret conſenſu, non poſſunt teſtari ad piam cauſam
* ſecundum communem, & magis * communem, de qua Clar. in
7 *§. teſtamentum. quæſt.5. per tot.* vbi latiſſ. † Amplia; quia diſpoſitio,
quod legatarius poſſit eſſe teſtis in teſtamento, intelligitur dum-
8 modo alias ſit habilis, & idoneus teſtis. Crauett. *conſil.307.nu.2.* †
Amplia generaliter in omni diſpoſitione, & termino; quia ſemp
intelligitur habilitas, quæ diſputatur ex vno capite ſubeſſe ex a-
lio circumſcripto capite diſputabili. Crau. *d. conſ.307.n.2.* & hoc,
9 ne duplex ſurgat inhabilitas. † Amplia; quia lex dubia habens
plures intellectus non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum,
10 Iaſ. in *l.1.n.20.& ſeq. ff. de tranſact.* † Extende; quia non valet aſſum-
11 ptum ab eo, quod diſputatur. Crauett. *d. conſil.307.n.1.* † Amplia;
quia ſi promittitur per debitorem ſolutio creditori, vel eius pro-
curatori, intelligitur de procuratore habente mandatum ſuffi-
ciens, & ſic de procuratore habili. Ioan. de Anan. *conſ.5.n.7. verſic.*
*procuratori vero*, clarius Ludouic. Bologn. ibi in apoſtill. in fin. *ver-*
12 *ſic. præterea debet intelligi.* † Amplia in ſtatuto vocante quoſcunque
proximiores ad ſucceſſionem defuncti; quia non inducit diſpẽ-
ſationem, ſed intelligitur de habilibus; ideo præfertur patruus
legitimus & naturalis fratri, vel ſorori ſpuriis ex damnato coitu
punibili, item præfertur matri in ſucceſſione filii ſpurii ex dam-
nato coitu punibili; quia iſti inter ſe non ſuccedunt, & licet ſta-
tutum non valeat, quod ſpurii ſuccedant aliis, bene valet, quod
ſpuriis ſuccedatur. Io. de Anan. *conſ.95. verſ. circa vero ſecundum, vſ-*
*que in fin.* quod erat ſubſcriptum à Floriano de S. Petro, & ibi Bo-
logn. in apoſtill. idem tenet. † Et eſt generale in omni diſpoſitio- 13
ne. Crauett. *d. conſ.307.n.2.* vbi, ſi admittendus ſit legatarius inte-
ſtem, intelligitur, ſi alias (excepta exceptione; quia eſt legata-
rius) eſt habilis. † Et *l.2. ff. de iniuſt. rupt. teſtam.* quæ vult, quod per 14
teſtamentum ſecundum reuocetur primum, etiamſi ſecundum
non ſit ſolemne, quando in eo ſunt inſtituti venientes ab inte-
ſtato, & in primo ſunt inſtituti extranei, debet intelligi, dummo-
do teſtator ſit habilis; quia licet relaxetur ſolemnitas quoad te-
ſtes, & numerum, & rogitum; non tamen cenſetur inhabilitas
perſonæ diſpenſata. *l. fin. C. de teſtam. milit.* † Amplia; quia emphy- 15
teuſis conceſſa pro ſe, & quibus dederit, intelligitur de habili-
bus, non de incapacibus, prout ſunt naturales, niſi ſit dictum in
ſpecie, plene Gozad. *conſil.25. per tot.* plenius Gabriel. *conſ.86. libro*
vbi in puncto hoc tenet, etiam ſi ſit legitimatus ab Imperatore,
quando emphyteuſis eſt Eccleſiaſtica. † Limita in omni diſpoſi- 16
tione noua, tendente ad extenſionem actus iam conceſſi; quia
non requiritur habilitas, neque patitur reſtrictionem ad habi-
les. *l.1. §. nunciatio, ff. de oper. noui nunciatio.* † Reſtringe, niſi ex nõ re- 17
ſtrictione reſultaret abſurdum, vel peccatũ, aut illicitum. Alex.
*conſ.53. Quæritur, an ſtante, n.11.& ſeq. lib.5.* † Limita in contractibus; 18
quia verba vniuerſalia, *quibuſcunque, qualeſcunque*, nõ reſtringun-
tur ad habiles; ſecus in legibus, vel ſtatutis, plene Iaſ. in *l.2. §. præ-*
*tor ait. ff. qui ſatiſd. cogan.* vbi ponit decem exempla, quib[9] fit reſtri-
ctio ad habiles, poſtea *n.4.* limitat in contractibus. † Limita quã- 19
doque; quia verba generalia includunt inhabiles, vt ſi fiat edi-
ctum; quod quicunq; ceperit bannitum, habeat feudum, etiam
monachus incapax includitur, vide apoſtil. ad Rom. *conſ.31. in ver.*
*quacunque*, vbi ponit multa exempla. † Ratio eſt; quia in iis, quæ 20
reſpiciunt publicam vtilitatem, diſpoſitio non reſtringitur ad
habiles. Bartol. in *l. ſi quis in graui. §. vtrum. ff. ad Syllani. in fi.* Iaſ. in *l. a-*
*lienam, in princ. C. de procur.* vbi dicit * communem. † Declara tamẽ, * 21
niſi contraria eſſet mens diſponentis, vel eſſemus in odioſis, vel
quando dictio vniuerſalis eſſet annexa dictioni reſtrictiuæ; quia
iſtis caſibus refertur ad habiles apoſtil. prædict. ad Rom. *conſ.31. in*
*ver. quacunque, col. pen. ver. hinc quoque.* † Extende in diſpoſitione ho- 22
minis magis de facili; quia tam vniuerſalis ſermo includit inha-
biles quam ſi diſpoſitio ſit legis. Rolan. à Val. *conſ.61.n.43.& ſeq. li.*
1. † Declara; quia verba etiam vniuerſalia ad habiles reſtringun- 23
tur, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſed fallit fauore animæ, & fa-
uore quandoq; publicæ vtilitatis; vt declarat Petr. Gerard. *ſing.*
*13. l. ſi quis*, vbi late. † Extende, vt in atrocioribus hoc procedat. *l.1.* 24
*C. de precibus Imper. offer.* Vide, *Diſpoſitio omnis intelligitur de habili. Con-*
*cluſ.505.* Vide, *Statutum habilitans, vel inhabilitans extenditur. Concluſ.*
*564. cũ Concl. ibi proxima ſequ.* Vide, *Verba vniuerſalia reſtringuntur ad*
*habiles. Concluſ.131.* Vide Concluſ. prox. ſeq.

## Habilitas perſonarum & rerum quo tempore inſpiciatur. Concl.3.

TRIA † ſunt tempora, in quibus conſideratur habilitas perſo- 1
narum in ſucceſſionibus ex teſtamento, nempe tempus te-
ſtamenti, vt tam teſtator, quam hæres ſint capaces; item tempus
mortis teſtatoris, & delatæ hæreditatis, & tempus aditionis i-
pſius hæreditatis. *§. extraneis, Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Feder. de
Sen. *conſil.26. num.5. ver. ſed in propoſito.* & declarat ibi *col. fin. ver. adſe-*
*cundum. l. ſi ſeruum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* Calde. *conſ.292. cir-*
*ca fin. ver. aut vult venire*, alias 14. *de loca.* Roman. *conſil.442. Vt deciſio-*
*nem, num.2. ver. quod quidem probatur.* † Declara, vt plene per Bart. 2
vt ſi ſuccedatur ex teſtamento, in extraneis attendãtur tria tem-
pora, in ſuis vero attenduntur ſolum duo tempora, videlicet
tempus inſtitutionis, & mortis teſtatoris; quia tempus aditio-
nis non attenditur in ſuis, ex quo ſufficit, quod non abſtineant.
*Inſtit. de hæred. qualit. §. ſui autem.* Caſtr. *conſil.41. in princ. lib.2.* vbi, quod
in ſuis pure inſtitutis non datur medium inter mortem teſtato-
ris, & aditionem hæredis, & hoc, quando ſunt inſtituti pure; ſi
vero ſub conditione, attenditur tempus etiam euenientis con-
ditionis, ita Bart. *d. l. ſi ſeruum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* † Decla- 3
ra; quia ſi quis inſtituitur pure; tunc capacitas requiritur tribus
temporib[9]; ſed ſi inſtituitur ſub cõditione, ſufficit capacitas tem-

po:

pore conditionis exiſtentis,ita Caſtrenſ.*conſil.*301. *Prædicta dubia,*
*colum.*1.*in fine & ſeq.in princip.lib.*2. Vide concord.infra, *Habilitas ſu-*
4 *perueniens quando conualidet.*Concluſio.6.*num.*19.*cum ſequent.* † Con-
trarium videtur tenere Romanus *conſil.*438.*In caſu.num.*9. *in fine*
*vſque ad num.*13. quod imo etiam in inſtitutione conditionali at-
tendatur tempus teſtamenti, & mortis; quia qualitas, ſub qua
vocatur vel maior natu, vel conſanguineus, debet adeſſe dictis
5 duobus temporibus;& allegat plura ſimilia,quæ videas. † De-
clarat idem Roman.*dict.conſil.*438.*num.*13.*verſ. iis autem non refra-*
*gantibus.*vbi dicit,quod quando inſtituitur, vel ſubſtituitur non
vnus maior tantum,ſed quilibet maior, vſque ad vltimum, vel
quilibet proximior,& ſic ordine ſucceſſiuo, attenditur tempus,
quo cedit dies;idem,ſi maior natu ſub nomine appellatiuo, vi-
delicet agnationis, & pariter idem, quando ſub conditione; ſi
vero pure,tunc attenditur tempus teſtamenti,& mortis teſtato-
6 ris.† Si vero ab inteſtato ſuccedunt,ſolum attenditur tempus
mortis teſtatoris in ſuis;in extraneis tempus mortis, & aditio-
7 nis,vt ibidem. † Si vero agitur de ſucceſſione ab inteſtato, vt
quia nullum fuit factum teſtamentum,pariter attenduntur tria
tempora,videlicet mortis teſtatoris, tempus, in quo hæreditas
defertur,& tempus,quo hæreditas agnoſcitur, ita Roma.*d.con-*
8 *ſil.*442.*num.*2.*verſic.ſi autem ſuccedatur.*† Si autem agatur de ſucceſ-
ſione ab inteſtato;non quia fuit factum teſtamentum; ſed quia
fuit teſtamentum deſtructum,vel annullatum;tunc non atten-
ditur, niſi tempus, quo teſtamentum eſt factum nullum.Rom.
*d.conſil.*442.*num.*2.*in fine,verſic.ſi autem ſuccedatur*, allegat *leg. ſi quis*
9 *exhæredato filio,in princip.ff.de iniuſt.rupto teſtament.*† Declara tamē,
quod ſufficit habilitas adeſſe iſtis tribus temporibus copulatiue,
licet medio tempore inter teſtamentum,& mortem, vel aditio-
nem defecerit,dummodo ſuperuenerit,*d.§.extraneis. Inſtit.de hæ-*
*red.qual.& differ.*& omnino declara,vt per Bartolum in *l.ſi alienum.*
10 *§.in extraneis.ff.de hæred. inſtitu.*† Declarat Calderi.*d.conſil.*292.*cir-*
*ca finem,verſic.aut vult venire,*quod eſt 14.*de locatio.* vt tria tempora
requirant habilitatem hæredis,videlicet teſtamenti, mortis te-
ſtatoris,& aditæ hæreditatis,adhoc,vt hæres hæredis dici poſſit
11 hæres primi teſtatoris.† Declara,quod attendatur tempus mor-
tis teſtatoris, vt acquiratur monaſterio legatum factum ſuo
monacho;quia licet tranſeat poſtea ad aliam religionem;tamen
acquiritur monaſterio, ſi monachus adhuc erat profeſſus tem-
pore mortis teſtatoris.Bald.*conſil.*332.*Præmittendum eſt,in princ.ver.*
12 *ſi autem lib.*1. † Declara; quia in aditione hæreditatis attenditur
tempus aditionis,videlicet,cui acquiratur per ſeruum, vel mo-
nachum hæredem inſtitutum; quia iubenti, vt adeat,acquirit.
Feder.de Senis *conſil.*20.*In Ciuitate Peruſii,col.*3. *ver. præterea iure ca-*
13 *uetur,*ſequitur Bald.*d.conſil.*332. *in princip.verſ.ſi autem alicui, lib.*1.†
Amplia in tantum habilitatem requiri tempore diſpoſitionis, vt
ſi alicui datur electio poſt mortem ad aliquod commodum re-
ſtituendum,non valeat diſpoſitio præoccupata, ſi eligat in vita;
quia poſſet eſſe, quod electi non viuerent poſt mortem, & ſic
redderetur nulla diſpoſitio.*l.cum paterfam.§.à filia.ff.de legat.*2. vbi
plene Bart.declarat plene per text. in *l.filiusfamilias.§. diui Seuerus.*
14 *ff.de leg.*1.† Extenditque propterea,quod rogatus reſtituere pau-
peribus,vel aliis incertis poſt mortem,non liberatur, ſi reſtituat
ante mortem; quia poteſt eſſe, quod pauperes, quibus eſt facta
reſtitutio,moriantur ante grauatum,& ſic fraudantur illi, qui
ſuperſunt poſt mortem. Bartol.*d.leg.cum pater,§.à filia.ff.de leg.*2.&
vide,quæ poſui ad Bartolum ibi pro contrario, & declarat apo-
15 ſtill.ad Roman.*d.conſil.*452.† Declara plene, vt per Roman.*d.con-*
*ſil.*452.quia aut reſtitutio eſt facienda incertis,& procedunt præ-
dicta;aut certis,& poteſt fieri reſtitutio ante conditionem, vbi
apoſtill.& plenius Iaſ.in *l.poſt mortem.Cod.de fideicom.*vbi declarat,
16 & limitat quatuor modis,vide omnino eum. † Amplia, vt pro-
cedat in tantum, quod ſi tempore electionis eſſet habilis; tem-
pore vero collationis eſſet inhabilis,conſideratur tempus, quā-
do acquiritur actu. Oldrad.*conſ.*118.*ver.ſecundo aptitudo.* Vide, *Ha-*
17 *bilitas non conſideratur ad actum,&c.Concluſ.*5. † Amplia; quia tem-
pore collationis requiritur clericatus,vt poſſit obtinere benefi-
cium,nec ſufficit,ſi fieret clericus poſt collationem ſtatim, Abb.
18 in *c.ex literis.num.*3.*ver.item nota,quod laicus,de tranſact.*† Extende in
præſentato à patrono ad beneficium; quia requiritur, quod ſit
clericus tempore præſentationis,& non ſufficeret, quod poſtea
eſſet factus clericus. Lamb.*de iure patr.lib.*2.*par.*1.*q.*7.*art.*2.*in fin. &*
19 *art.*7.*per tot.*† Extende in penſione reſeruata; quia debet eſſe cle-
ricus tempore reſeruationis,nec ſufficeret,quod poſtea efficere-
tur clericus. Gigas *de penſ.q.*22.*per tot.*vbi extendit etiam *n.*15. ſi re-
20 ſeruatio fieret motū proprio.† Extende in obtinente mandatum
de prouidendo de beneficio; quia requiritur, quod ſit clericus
tempore datæ mandati.Feder. de Sen.*conſ.*290.*num.*8.*ver.videatis*
*tex.*† Reſtringe tamen;quia habilitas præſumitur ex actu legiti- 21
me facto; ideo clericus inſtitutus in beneficio præſumitur cle-
ricus,& in ætate legitima. Soc.*conſ.*258.*nu.*2.*verſ.ſecundo infertur,*
*lib.*2. † Idem in omni actu legitime facto; quia exhibito teſta- 22
mento præſumitur teſtator legitimæ ætatis, & habilis, & ſic de
aliis contractibus celebratis.Mandoſ.*in reg.*18.*de ætat. quæſtion.*3.
*num.*5.*&* 6. vbi ponit exempla. † Amplia; quia in collationibus 23
etiam plura tempora poſſunt conſiderari, primum in electioni-
bus,ſecundum in collationibus, ſeu confirmationibus. † Item 24
tempus datæ expectatiuæ,tempus præſentationis factæ exequu-
tori,& tempus prouiſionis.† Tempus prouiſionis attenditur ad 25
conſiderandam habilitatem; ideo ſi inhabilis eligatur, & tem-
pore prouiſionis fuerit diſpenſatus,vel habilis factus, poteſt cō-
firmari, & ſibi conferri ab exequutore habente mandatum ad
conferendum tali,ſi eſt canonica electio,ita Cal.*conſil.*47.*An con-*
*firmatio.*quod eſt 1.*de elect.*& eſt conſ.Gaſp.Calder.† Contrarium 26
tenet Io.Calder.*d.conſ.*47.*in fin.ver.in contrarium,*quod eſt 1.*de ele-*
*ctio.* quia initium eſt ſpectandum,& ponit diuerſa exempla.† Li- 27
mita in legatis; quia ſtante ſtatuto, quod forenſis non poſſit ac-
quirere,neque habere bona in territorio, ſi fiat legatum forenſi
incapaci,ſufficit,quod tempore acquiſitionis legati ſit factus ca-
pax.Barba.*conſ.*70.*Illud in medium.lib.*3.plene Decian.*conſ.*33.*num.*
22.*& ſeq.lib.*1.† Limita;quia bene valet conditionalis acquiſitio, 28
prout legatum,hæreditas,venditio,& alia, ſi & quando erit ef-
fectus ciuis,vel capax.Decian. *d.conſil.*33.*num.*22.*& ſeq.per tot.lib.*1.
Cephal.*conſil.*56.*per totum.* † Limita,niſi ſtatus hæredis penderet, 29
quia talis eſſe dicitur, qualis ab euentu fuerit declaratus. *l.ſi ne-*
*cem domini.§.ſi deportatus.ff.de bon.libert.*Feder.de Sen.*conſil.*26. *colu.*
*penult.in fin.ver.nec iſto habet.* † Limita in caſu *l.ſi ſeruus, la* 2.*ff.de ac-* 30
*quir.hæred.*vbi Bartolus;quia attenditur tempus aditionis hære-
ditatis,quando erat relictum ſeruo contemplatione ſui, prout
intelligit Feder.*conſil.*26.*in fi.ver.alia allegata non faciunt.* † Limita 31
in ſucceſſione ab inteſtato; quia habilitas ſuccedentis attendi-
tur tempore mortis eius,cui ſucceditur.Cuman.*conſ.*177.*Suppo-*
*ſitis ſtatutis,num.*2. Vide, *Diſpoſitio omnis intelligitur de actu valido, &*
*de habili.Concluſ.*504.Vide, *Habilitas ſuperueniens quando conualidet a-*
*ctum nullum,vel non.Concluſ.*6.Vide, *Nullum ab initio non conualeſcit ex*
*tempore.Concluſ.*142. Vide, *Teſtari non poſſunt multi ex propria culpa.*
*Concluſ.*105. Vide, *Teſtamentum nullum conualeſcit multis caſibus,vel*
*non.Concluſ.*129. Vide, *Verba vniuerſalia reſtringuntur ad habiles. Con-*
*cluſ.*131.

## Habilitas quando præſumatur, vel non.

### Concluſio 4.

HABILITAS † circa perſonam in dubio prǽſumitur,*l.ab ea par-* 1
*te.ff.de probat.cum ibi not.*Io.de Im.*conſ.*114.*n.*2. † Amplia; quia 2
qui facit profeſſionem, præſumitur habere completos 14. an-
nos;quia præſumitur ætas legitima,& qui impugnat,debet pro-
bare.*c.in præſentia. de probat.*Io.de Imol.*conſ.*114.*nu.*2.† Extende in 3
eo,qui fecit teſtamentum; quia præſumitur habuiſſe ætatem le-
gitimam,& ſic validitas teſtamenti præſumitur,& qui dicit con-
trarium,debet probare.Io.de Im.*d.conſ.*114.*nu.*2.vbi caſus.† Am- 4
plia; quia habilitas præſumitur in eo, qui canonice ad aliquam
dignitatem fuit promotus,in tantum,quod etiam ſi eſſet, vel re-
periretur inhabilis,valebunt acta ab eo, tanquam ſi habilis fuiſ-
ſet;quia in hoc error communis facit ius. *l. Barbarius. ff. de off.præ-*
*tor.*† Declara tamen;quia procedit ampliatio, quando inhabili- 5
tas eſt in perſona; ſed tamen præcedit canonicus titulus ad di-
gnitatem,ad quam erat reſpectu perſonæ inhabilis. Alexan.*conſ.*
150.*In cauſa,num.*13.*ver.nam dico,lib.*6. vbi, quod licet ſit vulgata
concluſio;tamen eſt notabilis,& ibi apoſtil.in *ver.præcedebat.*citat
eundem Alexand.*conſ.*137.*lib.*1.Vide, *Actus in dubio validus interpre-*
*tatur,& extenditur.Concluſ.*136. Vide, *Præſumitur pro validitate actus*
*multis caſibus.Concluſ.*619.Vide, *Verba dubia intelligenda,vt actus vale-*
*at.Concluſ.*99. † Et habilitas vnius quandoque ſanat inhabilita- 6
tem alterius; ideo compromiſſum de re Eccleſiaſtica factum in
laicum,quod non valet,valebit,ſi laico aſſociatur clericus.
Abbas in *cap.per tuas.in* 4.*not.de arbitr.* Vide, *Con-*
*ſequitur quis ex perſona alterius,quod ex ſua*
*conſequi non poteſt. Concluſ.*
758.

## Habilitas non conſideratur ad actum faciendum, ſed ad actum præſentem.

### Concluſio 5.

1 HABILITAS † ad habendum, vel acquirendum, antequam
habeatur, vel acquiratur actu, non eſt conſiderabilis, nec
reddit aliquem locupletiorem propter contingentiam, quæ
poteſt ſuperuenire, vt non habeat, vel non acquirat. Oldrad.
*conſil.*118. *verſ. ſecundo aptitudo.* vbi, quod id, quod poteſt acquiri
& non acquiri, ante actualem acquiſitionem non conſideratur.
2 † Amplia; quia ſi facta eſt pax inter duos Principes, & alter poſt
pacem conſtruat fortalitium habile ad nocendum alteri, cum
quo habet pacem, non dicitur rupta pax; quia habilitas non deducta
ad actum æquiparatur conditioni; ideo nihil ponit in eſ-
ſe, neque ex ea oritur actio. Bald. *conſil.* 195. *Laudare vos, col. 2. cir-
ca med. ver. ſed quicquid ſit, lib.* 2. Vide, *Habitus differt ab actu. Con-
cluſ.* 11.

## Habilitas ſuperueniens quando conualidet actum nullum, vel non.

### Concluſio 6.

1 INHABILIS † ſi eligitur, licet tempore confirmationis effectus
ſit habilis; tamen confirmatio non tenet. *c. ſi eo tempore, de re-
ſcript. lib.* 6. Calder. *conſ.* 47. *num.* 3. *ver. contrarium,* quod eſt 1. *de elect.*
Roman. *conſ.* 509. *Circa propoſitam. num.* 21. vbi loquitur in gratia
2 Principis. Extende, † ſi erat illegitimus tempore electionis;
quia non ſufficit, ſi tempore confirmationis ſit legitimatus per
3 ſubſequens matrimonium. Calder. *d. conſil.* 47. *in fin.* † Delega-
tus, qui hodie eſt habilis, & tempore impetrationis erat inhabi-
lis, non poteſt procedere, gl. in *c. ſtatutum, in verb. habentibus. de re-
4 ſcrip.* Calder. *d. conſ.* 47. alias 1. *de electio. in fine.* † Arbiter inhabi-
lis tempore compromiſſi, licet tempore laudi ſit effectus habilis,
vt quia factus ſit maior; tamen laudum non valet. Specul. in *tit.
5 de arbitr. §. poſſunt. ver. quid ſi pendente.* Socin. *conſ.* 99. *lib.* 3. *col.* 4. †
Excommunicatus tempore impetrationis, licet ſit abſolutus
tempore præſentationis reſcripti, non admittitur. Calder. *d. conſ.*
6 47. *in fi.* alias 1. *de electio.* † Regula igitur eſt, quod inhabilitas e-
ius, qui gerit actum, reddit actum nullum, & ſuperueniente ha-
bilitate non conualidatur actus nullus, ſed debet nouus conſen-
ſus adhiberi. Bart. in *l.* 1. *§. ſed ſi filius. ff. de legat.* 3. & iſtud eſſe pro re-
gula dicit Aretin. *conſ.* 142. *n.* 2. *verſ. & contra illa dicta,* & eſſe regu-
lare in omni materia dicit Socin. *conſil.* 99. *Sereniſſimus Rex, in* 4. *&*
7 5. *col. lib.* 3. Deci. *conſ.* 661. *in fine.* † Extende generaliter, vt per Rom.
*conſ.* 509. *in* 5. *dubio. n.* 19. *& ſeq.* vbi ponit plura exempla, & duos ſo-
los caſus excipit, quando conſtat de mente, prout in minore,
qui factus maior tacuit per quinquennium, & in eo, qui
contraxit matrimonium ante ætatem, ſequitur Marſil. in *praxi,
ver. diligenter, n.* 187. vbi, quod requiritur nouus conſenſus. Deci.
8 *d. conſ.* 661. *in fine.* † Extende, vt procedat in matrimonio cōtracto
inter inhabiles ad contrahendū, puta quia ſint conſanguinei; qa
licet cōtrahant ſub conditione, ſi Papa diſpēſauerit, ſequuta diſ-
penſatione requiritur nouus cōſenſus, nec conualidatur matri-
monium ex conſenſu primo, Aret. *d. conſ.* 142. *Ex facto proponitur, in
9 principio, n.* 1. *&* 2. *ver. ſed eſt aduertendū.* † Extende, ſiue inhabilitas ſit
circa perſonā, ſiue circa rem, prout res ſacra, quæ non poteſt de-
duci in ſtipulationē, ſi deducatur, & nulliter, licet poſtea deſinat
eſſe ſacra, non conualeſcit ſtipulatio, ſed requiritur nouus con-
ſenſus. Feder. de Senis *conſ.* 26. *n.* 4. & circa perſonā tenet Oldr. *cō-
10 ſil.* 94. *Eleganter, in principio.* † Extende; quia inhabilitas perſonæ tē-
pore, in quo caſus, de quo cōtrahitur, vel agitur, occurrit, annul-
lat diſpoſitionē, ſiue quia nō ſit in rerum natura; quia non eſt na-
11 tus is, in quem diſponitur, late Mandel. *conſ.* 106. † Siue quia ſit
12 mortuus, vel inhabilis, & incapax. Dec. *conſ.* 86. *nu.* 40. † Extende;
quia ſi acquiratur res ſacra, vel publica, & deſinat eſſe talis cōſti-
tutione Principis, non conualidatur acquiſitio nulla. Rom. *conſ.*
509. *n.* 21. *ver. aliquando,* ratio eſt; quia conſtitutio Principis ad fu-
13 tura extenditur, non ad præterita. † Extende generaliter in
contractibus, exceptis duobus caſibus, in quibus per lapſum
quinquennii contractis minoris conualidatur, & cum officia-
li, ſi ſigna confirmationis apparent. Roman. *conſil.* 509. *num.* 19.
14 *& ſequenti.* † Reſtringe in electione facta ad beneficium de per-
ſona incapaci ſub conditione, ſi fiat capax; quia ſequuta ca-
pacitate electi valet electio à principio. Aretin. *conſil.* 142. *nu.*
1. *&* 2. qui dicit hoc eſſe ſpeciale in electione, vt euitetur diu-
turna vacatio. † Reſtringe, quando inſtituitur ſpurius incapax, 15
quatenus efficiatur legitimatus, & capax; quia ſi legitimetur,
valebit inſtitutio à principio. Bald. Ang. & alii in *l. ſi quis hæres in-
ſtituatur, in pr. ff. de hæred. inſtit.* Bart. in *l. in tempus. ff. de hæred. inſtit.* † 16
Idem, quando ſub conditione alienatio fit forenſi incapaci, vel
ei legatur, cum erit capax. Barbat. *conſ.* 70. *lib.* 3. & ita tenet, &
declarat Decian. *conſ.* 33. *num.* 26. *lib.* 1. ſecus, quando eſſet pura
diſpoſitio. † Contra hanc vltimam reſtrictionem tenet A- 17
retin. *d. conſ.* 142. *nu.* 3. vbi dicit, vel eam non eſſe veram, vel debe-
re reſtringi, vel declarari, vt ſit vera, quando inhabilitas non eſt
expreſſa per ſe, nec per relationem certam, ſed ſub velamine, &
verbis generalibus; quia ſi eſſet expreſſa, non conualidaretur. † 18
Vel ſecundo declarat, vt procedat, qn̄ inhabilitas poteſt ſanari a-
liter, q̄ per Principem, idē Aret. *d. conſ.* 142. *n.* 3. *ver. vel poteſt reſtringi.*
† Tertio declara; quia ſi inſtituatur ſimpliciter incapax, & non 19
ſub conditione; quia debet eſſe capax in omnibus temporibus,
nec conualidatur, licet capacitas ſuperuenerit. Bart. *l.* 1. *§. ſed ſi fi-
lius, n.* 5. *ff. de leg.* 3. † Declara; quia in ſucceſſionib⁹ ab inteſtato ſuffi- 20
cit capacitas, & habilitas ſuccedentis tempore mortis eius, cui
ſucceditur, & tempore aditæ hæreditatis, licet ante fuerit inca-
pax. *l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* Menoch. *conſ.* 278. *n.* 24.
† Si vero agitur de ſucceſſione extranei ex teſtamento, reqritur 21
habilitas tribus temporibus, tempore conditi teſtamenti, mor-
tis teſtatoris, & aditæ hæreditatis, per dicta iura. Menoch. *conſil.*
275. *n.* 44. & hoc ſi pura eſt inſtitutio. † Si autem eſt conditionalis, 22
ſufficit habilitas tempore delatæ hæreditatis, videlicet purifica-
tæ conditionis, Menoch. *d. conſ.* 275. *n.* 44. † Et quod congruitas, 23
& conuenientia rei, & perſonæ ſemper intelligatur in omni diſ-
poſitione. Vide, *Congruentia, & conuenientia ſemper eſt attendenda.
Concl.* 732. † Reſtringe, quando actus ab initio valet, & medio tē- 24
pore ſuperuenit inhabilitas, quæ annullat actū, ſi poſtea ſupue-
niat habilitas, conualidatur actus; qa ab initio nō fuit nullus, &
res de facili reuertitur ad ſuā naturā. Bart. in *d. l.* 1. *§. ſed ſi filius, ff. de
leg.* 3. † Limita; qa ſi habilitas ſupuenit antequam ius tertio acqui- 25
ratur per modū prorogationis; tunc valet prorogatio ēt in præ-
iudiciū tertii habentis ius in ſpe. Tiraq. *de retract. conuent. §.* 1. *gl.* 7. *n.*
28. *& ſeq.* † Et ideo valet legitimatio ſpurii in præiudiciū eorū, q 26
ſuccederent, ſi fiat ante ius quæſitum, ēt in feudalib⁹. Natt. *conſ.*
506. *n.* 50. *& ſeq.* Vide, *Habilitas perſonarum, & rerū quo tempore inſpicia-
tur. Concl.* 3. Vide, *Legitimatio fieri poteſt poſt mortem patris, & in præiu-
dicium iuris quæſiti tertio, & quando ſecus. Conc.* 221. *cum Conc. ibi prox.
ſeq.* † Contraria regula conſtituitur, quod paria ſunt, aliquid ab 27
initio eſſe tale, vel fieri tale ex poſt. *l. nihil refert, ff. de condict. ſine cau-
ſa,* regulam conſtituit Crauet. *conſ.* 201. *n.* 26. *ver. ad idem facit.* † Ex- 28
tende, quia ſi ſtatutum dicat, quod donatio non inſinuata non
valeat, ſufficit, quod inſinuetur quandocunque, antequā res in
iudicium deducatur. Crauett. qui alios allegat, *d. conſ.* 201. *nu.* 27.
*ver. alibi ſcribit.* Corn. *conſ.* 221. *Quia in hac cauſa. n.* 5. *& ſeq. lib.* 1. † Ex- 29
tende; quia præbenda ſacerdotalis poteſt conferri non ſacerdo-
ti, & valet collatio, ſi ſacerdos efficiatur poſt, Crauett. *d. conſ.* 201.
*n.* 26. *ver. pro hoc facit,* vbi dicit hoc procedere, quando aliter non
apparet de mente diſponentis. † Extende; quia ſi ſtatuto cauetur, 30
ꝙ quis non poſſit acquirere, niſi ſit ciuis, valet tamen vēditio fa-
cta non ciui, ſi tempore traditionis rei venditæ ſuperuenit habi-
litas; quia ciuis eſt effectus. Crauett. *d. conſ.* 201. *n.* 26. *ver. facit dictū
Pauli.* vbi allegat Caſtren. *conſ.* 286. *Videtur, quia dicta ſententia, col.* 2.
*lib.* 2. *ver. nec obſtat, quod ſtatutum.* † In legato hoc admittit Decian. 31
*d. conſ.* 33. *n.* 22. *& ſeq.* & qn̄ eſt acquiſitio conditionalis; ſed ſi eſt pu-
ra acquiſitio facta per forenſem, non conualidatur, licet efficia-
tur ciuis poſtea. *lib.* 1. & maxime *n.* 26. vbi allegat Roman. & ſoluit
hoc modo. † Extende in teſtamento vſurarii nullo; quia nō præ- 32
ſtitit cautionē de vſuris reſtituendis; quia quandocunq; illā præ-
ſtabit, cōualidatur teſtamentū. Caſtren. *d. conſ.* 286. *n.* 3. *lib.* 2. vbi a-
poſtil. in *verb. declaratur.* † Extende idem in ſtatuto Paduæ, ꝙ quis 33
non acquirat aliqua bona, niſi ſubſtineat onera; quia licet tēpore
acquiſitionis nō ſubſtineat, ſufficit, ꝙ poſtea fiat ciuis, & incipiat
ſubſtinere, anteq̄ efficiatur poſſeſſor; quia non eſt data forma, &
ſufficit implere mentē ſtatuentium, Caſtr. *d. conſ.* 286. *n.* 2. *ver. poſt-
quā ergo. lib.* 2. † Contrarium in ſtatuto Regii conſuluit Deci. *conſ.* 34
661. *n.* 14. *&* 15. & ita Rom. in ſimili ſtatuto, *conſ.* 509. *in* 5. *dub. n.* 19. *&
ſeq.* † Declarat Dec. *d. conſ.* 33. *n.* 26. *lib.* 1. vt ſi ſumus in cōtractu puro, 35
contrarium ſit verū; ſecus ſi in conditionali, vel in vltima volun-
tate, allegat Barba. *conſ.* 70. *lib.* 3. & alia iura, & ita tenet Rimin. Iun.
*conſ.* 56. *n.* 41. vbi, ꝙ valet alienatio ſub conditione in forenſem. † 36
Imo, quod ſufficiat, etiā ſi habilitas ſuperueniat poſt traditionē,
tenuit Caſtr. *conſil.* 234. *In cauſa appellationis. num.* 3. *verſ. ſed vltra*

præ-

prædicta.lib.2.*vbi,ꝙ in caſu ſtatuti Bellunen.prohibentis forenſes
acquirere poſſe, dicit ſufficere, ſi eſt effectus ciuis poſt acquiſitio-
nem, & poſt traditionem; quia habilitas ſuperueniens conuali-
37 dat, ſequitur Crauett.*conſil.201. nu.26.ver.fortius voluit.*†Imo ſuffi-
cit, ꝙ ſuperueniat ante ſententiam. Bart.*conſil.69. Viſo ſtatuto,lib.1.*
vbi, ſi ſtatutum prohibeat alienari in non ciuem, niſi præſtet cau-
tionem ꝓ oneribus, poteſt cautio pręſtari ante ſententiam quan-
38 docunque, ſequitur Crauett.*d.conſil.201.n.27.ver.fortius.*†Exten-
de; quia datio curatoris, q̃ non valuit; quia non iurauit vtilia fa-
cere, conualidatur, ſi poſtea iuret quandocunque. Corn.*conſ.69.*
*Viſis nonnullis actis,n.12.ver.item impingitur.lib.1.* ſeq̄tur Caſtr. *conſil.*
39 *201.n.26.ver.facit, quod Corne.*†Extende, quia ſi ſtatutum diſponit,
ꝙ nullus poſſit agere ꝑ procuratorem, niſi hoc impetrauerit per
priuilegium, valebit procuratorium, licet priuilegium ex poſt ob-
40 tineatur. Crauett. *d.conſil.201.n.26. ver.ſed magis.*†Extende in ſta-
tuto prohibente inſtrumentum probare, niſi ſit ſigillatum; quia
ſufficit, quod quandocunque ſigilletur tempore, quo agitur. Cra-
41 uett. *d.conſil. 201. n.24. & ſeq.ver. venio ad quartum.*†Declara iſta o-
mnia procedere, quando non eſt data forma, vel non conſtat de
mente ſtatuentis, quod habilitas ſuperueniens non poſſit conua-
lidare; contraria in prima regula procedunt, quando conſtat de
mente; quia inducitur nullitas actus aliter geſt, ſic elicitur ex o-
☞ mnibus præmiſſis. Vide, *Nullum ab initio non conualeſcit ex tempore,*
*& quando ſecus. Concl.142.cum Concl.ibi prox. ſeq.*

## Habitatio multiplex, & quis dicatur habitare. Concluſ.7.

1 HABITATIO †dicitur tribus modis, primo modo ponitur pro
iure, vel ſeruitute habitationis; ſecundo modo pro faculta-
te habitandi, prout inquilinus habet; tertio modo pro ipſo actu
corporali, id eſt, pro ipſo habitare corporaliter. Bald.*conſil.234.De-*
2 *cretum magnifi. 1, in princ. lib.1.*†Et dicitur habitatio tutum recepta-
culum & requies habitantis; quia ibi facit focum, lectum, bibit,
comedit, dormit, & facit omnia. Bald. *conſil.242. Quia veritas,n.8.*
3 *lib.1.*†Habitare igitur vere, & proprie dicitur, q recipit ibi pſonas
ad ſe pertinentes, & promiſcue cum eis habitat. Baldus *d. conſil.*
*234.in princ.ver. tertio modo, lib.1.* quia proprie ille dicitur habitare,
q ibi facit focum, tenet lectum, comedit, & bibit, & facit ſimilia.
4 Bald.*d.conſil.242. Quia veritas,n.8.ver.quintum.lib.1.*†Et proprie di-
citur habitare, q habitat cum ſua familia, & facit ibi focum, & alia,
q̃ conſueuerunt facere habitatores, ad hoc, vt ſtatutum contra
habitantes habeat locum. Bald.*conſ.198.Statutum ciuitatis,n.3.ver.*
☞ *item eſt ſciendum, lib.2.* Vide, *Incola quis dicatur, & quid ſit incolatus.*
5 *Concl.72.cum Concl.ibi prox. ſeq.*†Amplia, vt etiam quis dicatur ha-
bitare in loco, vel domo, ſi in ea habitant, vel vxor, vel filii, vel fa-
milia ſua, licet ipſe ſeorſum habitet. Bald. *d.conſil.234. in princ. ver.*
6 *cæterum ſi ſeorſum, lib.1.*†Et is, q abeſt, puta cauſa ſtudii, vel alia de
cauſa, animo reuertendi, dicitur habitare: ſecus, ſi eſſet abſens ꝑ-
petuo non reuerſurus. Alex. *conſil.110. Circa primum, n.12. ver.quia*
7 *reſpondeo, lib.3.*†Extende, vt etiam proprie, & corporaliter dicatur
quis ꝑ ſeipſum habitare in caſibus prædictis, quando habet fami-
liam, & ſeu vxorem, & ſeu filios, licet ipſe ꝓmiſcue habitet. Bald.
8 *d.conſil.234. circa med.ver.ſi vero ſumatur habitatio, lib.1.*†Reſtringe,
vt non dicatur habitare, ſi ſeorſum habitat omnino, nec filii, nec
vxor, nec familia ſua habitant. Bald.*d. conſil. 234. ver. cæterum, lib.1.*
9 †Amplia, vt etiam is dicatur habitare, q habitat ſolum de die, vel
ſolum de nocte, vel aliqua temporis parte, quando non loquitur
de continuata habitatione; ideo decretum confouens habitato-
ribus de familia domini, ne poſſint expelli, comprehendit etiam
habitantem ꝑ ſe, vel alium de die, vel de nocte Bald. *d.conſ.234. per*
10 *tot.* maxime *in fin.ver.prætereà manifeſtum.lib.1.*†Amplia, quia is, qui
moratur pro famulo in loco, dicitur ibi habitare; qa ibi non dici-
tur tantiſper hoſpitari. Bart.*conſ.42.Viſa inquiſitione.n.2.ver.ſecundo*
11 *quia.lib.1.*†Extende, qa probatio, ꝙ quis Aſſiſinatenſis, vel de Aſ-
ſiſio ſit, ꝓbat municipem Aſſiſii, & ſic ciuem, vel incolam Aſſiſii.
Bart.*d.conſi.42.n.4.*vbi apoſt.*in ver.ciuem, vel incolam,* dat conc.*lib.1.*
12 †Amplia; qa eſſe de tali porta ciuitatis, importat habitationem in
13 dicta porta. Bart.*d.conſil.42.n.5.ver nam diſtinctio.lib.1.*†Amplia, qa
is dicitur habitare, q in loco cum familia habitat, & ſubſtinet ibi
onera, ideo debet gaudere ſtatuto loci habitationis, licet ſit ſub-
☞ ditus origine, videl. natus in loco ſubiecto loci habitationis. Vide,
14 *Ciuilitas conceſſa quid conferat. Concl.276.n.26.& 27.*†Amplia, quia
creatus ciuis, dummodo inhabitet in loco, in quo ciuis efficitur,
tenetur habitare; i.e. domicilium conſtituere in loco, *l.1.§. habi-*
*tare.ff.de iis, qui deiec. vel effud.* Rom.*conſil.264.Vt is Nurſinus, in princ.*
vbi dicit, ꝙ domicilium conſtituitur duobus modis, vel ſi maior
pars fortunarum ſuarum habeat in loco, vel ſi ꝑpetuo habitat, &
ibi pleniſſima apoſt.*in ver.requiruntur, in princ.& in ver.tertio quæro.*
vbi, ꝙ ex habitatione non conſtituit domicilium, niſi habeat ani-
mum ꝑpetuo habitandi, *l.ciues. C. de incol. lib.10.*†Extende; qa re- 15
quiritur, ꝙ cum familia habitauerit, & non dicitur cum familia
habitare, qui cum vno, vel duobus famulis habitat, Rom. *d.conſil.*
*264.in fin.n.4.ver.tertio vero.* allegat tex.*in l.pronunciatio.§.familiæ.ff.*
*de verb.ſignif.* apoſt.ad Rom.*d.conſil.264.in ver.requiruntur.ver.circa*
*tertium, circa med.*†Contrarium, quod is, qui habitat cum vno, vel 16
duobus, dicatur habitare, eſt tex.*in l.1.§.familiæ.ff.de vi, & vi armat.*
Declarat†apoſt.ad Rom.*d.conſil.264.in v.requiruntur, ver.circa ter-* 17
*tium*: vbi, ꝙ non dicitur habitare ad effectum ciuilitatis conſe-
quendæ, & in contrarium eſt caſus ſpecialis.†Extende, quia con- 18
tinuo habitare dicitur, qui aliquando ex iuſta cauſa abſens fuit:
ſecus, ſi ex iuſta cauſa abeſſet etiam pauco tempore Rom. *d.conſil.*
*264.Vt is Nurſinus.n.3.*†Item, qui ab Vrbe ob negocia ſua aliquan- 19
do diſcedit, apoſt.ad Rom.*d.conſil.264.in ver.requiruntur.ver.circa*
*ſecundum.*†Item, ſi ꝑ tres menſes anni in rure habitet. d.apoſtil.ad 20
Rom.*d.conſil.264 ver.requiruntur.ver.circa ſecundum.*†Extende, qa 21
habitat, ſi habet familiam in loco, licet ipſe abſit, ſed animo re-
uertendi. d.apoſt. ad Rom.*d.conſil.264. in ver. requiruntur, circa fin.*
*ver. quarto quæro.*†Reſtringe, qa non dicitur habitare cum familia 22
is, qui habet familiam in loco, ſed ipſe abeſt animo non redeun-
di, apoſt.ad Rom.*d.conſil.264.in ver.requiruntur, prope fin.*†Reſtrin- 23
ge, quia habitare non dicitur pegrinus, q in hoſpitio habitat ani-
mo recedendi, apoſt.magna ad Rom.*d.conſil.264. in ver. requirun-*
*tur.ver.ſecundo quæro.*†Reſtringe, quia non dicitur habitare is, qui 24
habitat ob negotia ſua tractanda receſſurus illis finitis, apoſtil.ad
Rom. *d.conſil.264.in ver.requiruntur.ver.tertio quæro.*†Limita; quia 25
habitatio ſola non reducit forum, niſi ſit vel ꝑ decennium, vel ſi
minori tempore habeat ibi maiorem partem fortunarum ſuarū.
Ang.*conſil.27.Pro deciſione.n.2.*†Limita in eo, q habet meritorium, 26
videl. apothecam, in qua exercet de die artem, ſed de nocte rece-
dit, clauſis ianuis; quia proprie non dicitur habitare. Bald.*d.conſil.*
*234.in fin. ver. nec dicitur iſtud, lib.1.*†Et ideo fundacus, ſiue apothe- 27
ca differunt ab habitatione. Alex.*conſil.50.Viſis, & opportune, in pr.*
*lib.1.*†Declara tamen; quia ad effectum, vt facto incendio præſu- 28
matur cauſatum culpa habitantium, ita verificatur in habitante
continuo, ſicut in habēte cuſtodiam, vel conuerſante, Alex.*d.con-*
*ſil.50.n.7.ver.ex prædictis, & n.10.col.pen.ver. non obſtant allegata, lib.1.*
vbi, ꝙ ſiue habitet ad tempus, ſiue continuo, ſiue cum lumine,
vel ſine, idem eſt.†Limita in eo, qui habet ſtationem, vel ſtabu- 29
lum; quia non dicitur in eo habitare. Bald.*d.conſi.242.n.3.ver.qua-*
*propter, lib.1.*†Declara, ꝙ ſi extat decretum Principis, quod ſui fa-
miliares, & officiales volentes ſoluere penſiones domorum, quas 30
habitant pro vſu ſuo, non poſſunt expelli, tale decretum compre-
hendit omnem habitationem, modis præmiſſis, prout conſuluit
Bald.*d.conſi.234 per tot. ſuper decretum Ducis Papiæ, lib.1.*vbi eſt caſus,
*& d. conſil.242. Quia veritas ſtat, per tot. lib.1.*†Extende, vt maxime 31
procedat, quando conductio eſt ſimpliciter facta: quia ad plenū
vſum cenſetur facta, ſi aliter non eſt dictum. Bald.*d.conſil.242 Quia*
*veritas, per tot. lib.1.* Vide, *Laboratorum habitatorum appellatione. Concl.*
1. Vide, *Origo, patria, & habitatio, ex quibus probentur. Concluſ.203.* ☞

## Habitationis verbum quid importet, & comprehendat. Concl.8.

ADITVS, †ſeu anditus domus continetur ſub verbo, *habitatio-* 1
*nis domus*, ideo ſi domus legatur pro habitatione Congrega-
tionis, ſeu Confraternitatis, & ſub conditione, ſi Congregatio ibi
habitauerit, verificatur, ſi congregatio ſeruit ſe de domo legata
pro anditu ob alias domus. Bart.*conſil.109. Factum tale eſt.lib.2.*

## Habitationem habens poteſt illam locare, & quando ſecus. Concl.9.

HABENS †habitationem, ſeu habitationis legatum, vel ius, re- 1
gulariter poteſt locare habitationem, *l.cum antiquitas. C.de v-*
*ſufr.* vbi* omnes ſecundum Soc.*conſil.281.In cauſa Bernardi, in princ.* *
*lib.2.*†Reſtringe, quando non competit ſeruitus habitandi, ſed v- 2
ſus habitandi; quia tunc non poteſt locare. Soc. *d. conſil. 281.in pr.*
*lib.2.* † Reſtringe, quando legaretur, vel deberetur habitatio ſi- 3
mul cum hærede, vel alio; quia intelligitur de vſu. Soc.*d.conſ.281.*
*in prin.lib.2.*vbi idem, ſi competit vna cum aliis.†Reſtringe, quan- 4
do relinquitur filiæ per partem redditus, & habitatio in domum;
quia intelligitur de vſu habitandi. Soc. *d. conſil.281.n.2.ver.ſecundo*
*principaliter.lib.2.*†Et tale legatum reuertendi in domum patris, in 5
caſu viduitatis non importat alimenta, ſed ſolam habitationem.
Alex.*conſ.72. Viſo proceſſu, col. fin. ver. item reliquit,* vbi, ꝙ alimenta
eſt genus, habitatio ſpecies, *lib.5.*& ſententia, quod debeantur ali-

6 menta, eſt iniuſta notorie. † Reſtringe, qñ relictus eſſet vſus ha-
bitandi, & poſtea teſtator legaret ſimiliter habitationem alteri;
quia verbum, *Similiter*, reſtringit ſecundum præcedentem oratio-
7 nem. Socin. *d.conſil.* 281.*n.*3.*lib.*2.† Reſtringe, quando conſtaret de
mente, vt quia teſtator prohibuiſſet locari, & alienari. Soc. *d.conſil.*
☞ 281.*circa fin.ver.tertio, & vltimo, lib.*2. Vide, *Vſus & habitatio in quibus
differant.* Concl.365. Vide, *Vſufructuarius, ſeu Vſuarius quid poßit.* Con-
cluſ. 334.

## Habitans domum alienam quando non teneatur ad penſionem. Concl.10.

1 DOMINVS, † qui ſe contulit in domum vicini, quia domus pro-
pria comburebatur, ſi ibi habitauit, donec domum ſuam cõ-
buſtam reſtaurauit, non tenetur ſoluere aliquam penſionem, niſi
eam dominus domus eſſet ſolitus locare, & alter conducere. A-
lex. *conſil.*44.*Viſa facti, n.*8.& 9.*ver.quo autem ad ſecundum lib.*3. vbi,
2 ꝙ ita determinat Albertus Galeotti. † Idem in eo, qui habet do-
mum communem cum alio, & inhabitat totam; quia cum habeat
partem in qualibet parte, non tenetur ad aliquam penſionem.
☞ Vide, *Communio excuſat, & multa operatur.* Concl. 533.

## Habitus differt ab actu, & quando ſecus. Concl. 11.

1 HABITVS † & actus differunt ab habilitate; quia non ſequitur,
eſt habilitatus; ergo eſt talis, Iaſ. *in l.quamuis, in prin.C.de inoff.
teſtam.* vbi ponit diuerſa exempla, idem p alia ponit Oldr. *conſi.*76.
*in fin.* vbi plura, ꝙ aliud eſt eſſe exemptum, aliud habere priuile-
gium exemptionis, aliud eſſe talem, aliud habere priuilegium, ꝙ
fiat talis, & dicit eſſe Brocardicum ex duabus legibus contrariis.
2 † Et locus diruptus, puta, Hoſpitale deſtructum, licet actu non ſit
Hoſpitale, habitu tamen ſecus eſt, donec ſubeſt ſpes reparationis.
3 Bald. *conſil.*368.*Nunc venio ad merita, in fin.lib.*1.† Amplia, quia po-
tentia ad actum non infert; quia poſſum eſſe Papa potentia, non
☞ tamen ſum actu, Vide, *Potentia, & poteſtas multiplex, & de qua intelli-
4 gatur.* Concl.460. Extende, † quia propterea potentia, anteq̃ ada-
ctum deducatur, conditioni æquiparatur. Moron. *q.*111.*num.*15.
5 † Reſtringe; qa in diſpoſitione ſubſtinenda ſufficit potentia, et-
iam ſi ad actum non deducatur, plene Decia. *conſ.*64.*n.*40.*lib.*2. v-
bi, ꝙ ſermo pluralis in ſubſtitutione verificatur in vno, quia ſuffi-
cit potentia, quod potuerit verificari, ſicut in actu, licet ad actum
6 non deducatur. † Simile de coadiutoria conceſſa cum futura ſuc-
ceſſione; qa licet moriatur is, cui datus eſt adiutor, ante captã ad-
iutoriam valebit futura ſucceſſio acceſſoria; quia ſufficit, ꝙ po-
tuerit valere, licet non valuerit, ita Rota *dec.*285.*lib.*2.*in* 3.*vol. im-
7 preſ.* † Reſtringe; quia bene infertur, quando potentia habet ne-
ceſſariam conſequentiam ad finem; quia tunc idem iudicamus
de potentia, ꝙ de actu; ideo is, qui eſt ad mortem vulneratus, ſi
faciat pacem, cenſetur facere pacem etiam de morte, ſi ſequatur.
Marſ. *ſing.*46. plene Moron. *de treug. & pac.d.q.*11.*in princ. & per tot.*
8 † Limita, quando potentia eſt deducta ꝓxima ad actum; quia ha-
betur pro actu ipſo. Iaſ. *in l.quamuis.n.*6 *cum ſeq.ff.de inoff.teſtam.* v-
bi plura ſimilia, ꝙ accingendus de proximo habetur ꝓ accincto.
9 † Limita, quia quoad effectum quandoq; operatur habitus idem,
ꝙ actus; ideo confeſſio facta p reum carceratum p̃ſumitur metu
tormentorum, licet non fuerit tormentatus propter promptum
habitum torquendi, quem habent iudices criminales. Anchara.
10 *conſil.*24.*num.* 4.*verſic. & ita eſt dicendum.* † Limita; quia quando
habitus deducitur ad actum, tunc iudicatur de actu, non de habi-
tu. Soc. *conſ.*150.*n.*25.*v.poſtremo hanc partem, li.*1. vbi, ꝙ nepos ex fi-
lio viuo, qui non eſt ſuus auo actu, ſed potentia, ſi inſtituatur ab a-
11 uo, efficitur ſuus hæres, & exemplificat in aliis. † Limita in Eccle-
ſia collegiata habitu, non actu; quia retinet priuilegia ſua, ſicut ſi
actu eſſet collegiata; quia poteſt reuerti ad ſuam naturam actu;
ideo in ea non cadit ius patronatus laicorum, ſicut non cadit qñ
actu eſt collegiata. Alexan. *conſil.*74.*Viſo puncto, in princ.lib.*4. vbi, ꝙ
mortuis Canonicis, & collegio, reſidet ius collegii in ipſa Eccle-
12 ſia. † Extende idem in Eccleſia Parochiali habitu tantum non a-
ctu; quia pariter retinet ſua priuilegia, ſicut ſi actu eſſet parochia-
lis; quia poteſt de facili reduci ad actum; ideo iudicatur de ea, ſic-
ut de parochiali vera in actu; & ideo retinens parochialem ha-
bitu, & aſſequens aliam actu, ſi primæ accedit actus; quia paro-
chiani reuertantur, vacabit prima p aſſecutionem ſecundæ. Alex.
*d.conſil.*74.*in princ.ver. & quod talis Eccleſia, lib.*4. & iterum *conſil.*75.
13 *Viſis, n.*4.*& ſeq.ver. nec in hoc habet obſtar., lib.eod.* † Declara, quia be-
ne parochialis, vel collegiata habitu tantum retinet priuilegia,
ſed non eſt verum, ꝙ operetur incompatibilitatem, prout ſi actu
eſſet talis, bene operatur, ꝙ in impetratione debet fieri mentio,
quod ſit talis, alias gratia eſſet ſubreptitia, vt per apoſt. ad Alexan.
*d.conſil.*74.*ver.habitu, li.*4. vbi, quod ita omnes * tenent. † Declarat * 14
Alexand. *d.conſil.*75.*Viſis, n.*4.*& 5.v.nec in hoc habet obſtare, lib.*4. vbi,
quod ſi collegium non eſt deſtructum, Eccleſia collegiata habitu
retinet collegii priuilegium; ſecus ſi collegium eſſet deſtructum,
ſic etiam parochialis ſi habitu retinet curam, reputatur curata, &
habet locum *c.de multa, de præb.* & alia iura ſimpliciter de parochia-
li loquentia, vbi, ꝙ regulæ Cancellariæ habent locum loquentes
de parochiali, etiam ſi ſolo habitu ſit talis. † Contrarium apoſtill. 15
ibi *d.conſil.*75.*num.*5.*lib.*4.*in ver. Dominicus.* Vide, *Fictio differt à veri-
tate in multis.* Concluſ.217. Vide, *Habitus non conſideratur ad actum fa-
ciendum, ſed ad actum præſentem.* Concluſ.5. Vide, *Potentia, & poteſtas
multiplex.* Concl.460.

## Habitus non facit Monachum, & quid operetur. Concluſ.12.

HABITVS † non facit Monachum, ſed profeſſio, *c. porrectum,* 1
vbi plena gloſ. *in ver. non faciat, & c.ex parte, de regul.* † Limita; 2
quia habitus facit præſumptionem, nam quis iudicatur talis, qua-
lem habitus, quem defert, demonſtrat, *c. ſi iudex. de ſent. excomm. in
6. l.item apud. §. ſi quis. ff. de iniur.* Fed. de Sen. *conſ.*13.*n.*3.*ver. talis nam-
que.* † Et præſumitur profeſſus, qui longo tempore habitum reli- 3
gionis portauit. Feder. de Sen. *conſil.*129.*n.*3.*ver. an vero iſte.* † Limi- 4
ta; quia habitum aſſumens ſibi non debitum poteſt puniri pœna
falſi, & compellitur dimittere. Feder. *d.conſil.*13.*n.*3.*ver. item ſecun-
da ſola poſſeß.* † Limita; quia qualis actus apparet in ſui figura, talis 5
præſumitur in ſua eſſentia. Caſtren. *conſil.*261.*viſis, & conſideratis, in
princ.lib.*2. Hiero. Tortus in ſuo *conſil. poſt conſilia Ant. de Butr. n.*20.
*ver. & ideo multum ad propoſitum.* † Extende; quia contractus talis 6
præſumitur, qualis in prima ſui figura apparet. Decia. *conſi.*59 *in fi.
lib.* 1. † Limita; quia Clerici incedentes in habitu ſæculari præſu- 7
muntur laici, & offendens eos, & interficiens, non eſt excomuni-
catus; quia ignorantia non ligat animam, *l. ſi ignorans. ff. locat.*
quem textum meliorem de mundo, dicit Hieron. Tortus *d.conſil.
ſuo poſt conſilia Ant. de Butr. n.*20. vbi plura in hoc allegat. † Limita, 8
quando emiſit profeſſionem etiam ſine habitu; qui compellitur,
*d. cap. porrectum, de regular.*

## Habitus, & reputatio quid operetur. Concl.13.

HABITVS † & reputatio licet non conferat ius; tamen conſti- 1
tuit in quaſi poſſeſſione, vt filiatio, & ſimilia. Oldrad. *conſil.*
244.*n.* 9. *ver. ſexto apponebatur.* † Amplia; quia talis quis iudicatur, 2
qualem habitus, quem defert, oſtendit. Feder. de Sen. *conſil.*13.*n.*3.
*ver. talis namque*, vbi habitus facit quem gaudere priuilegio cleri-
cali, & facit tex. *in l.item apud. §. ſi quis. ff. de iniur. & l. ſi ea. C. de adult.*
in quibus locis habitus attenditur. † Amplia; quia licet is, qui de- 3
bet haberi pro ciue ex conuentione in loco, vel ex forma ſtatuti,
non ſit vere ciuis; tamen debet tractari, vt ciuis, prout ſunt Peru-
ſini in Tudertino diſtrictu. Bald. *conſil.*29. *Ordinamentum eſt, lib.*5.
Vide, *Filiatio ex quibus probetur legitima.* Concl. 347. Vide, *Opinio, &
reputatio communis multa operatur.* Concluſ. 157. Vide, *Poſſeßionis com-
moda multa.* Concl.427.

## Habitus determinatus quando dicatur. Concl.14.

HABITVS † determinatus dicitur, quando certus habitus ex 1
neceſſitate, reuerentia, vel honeſtate præcipitur, ſeu ordina-
tur, ꝓut in Papa, Cardinalibus, Epiſcopis & ſimilibus. † Amplia 2
in Clericis; quia veſte talari, & honeſta, ac clericali iubentur vti,
vt per Guidon. Pap. *dec.*138.*circa princ.c. Clerici, de vita, & honeſta. cle-
ric. c. iudex, de ſent. excomm. lib.*6. † Contrarium tamen tenet Alex. 3
*conſil.*149. *In cauſa, n.*12.*ver. nec etiam dici poteſt, lib.* 6. vbi, quod ha-
bitus clericorum debet eſſe honeſtus, ſed non eſt determinatus,
& ſi quæ iura loquuntur, vel diſponunt de habitu clericali, eſt per
modum conſilii, non per modum præcepti. Hodie vero habitus
clericorum certus eſt, & determinatus ex extrauag. Sixti V. edita
de anno 1589. † Item in religioſis ex eorum regula, ſeu inſtitutis;
*c. Deus, de vita & honeſt. cleric.*

## Habitus religionis debet portari à Religioſo publice. Concl.15.

HABITVS † religionis debet portari à Religioſo, alias dimittens 1
illum eſt excommunicatus. Oldrad. *conſil.*184.*n.*12. *& ſeq.* v-
bi, etiam ſi efficiatur Epiſcopus, debet portare habitum. † Ratio- 2
nes plures adducuntur, quare Religioſus debeat deferre habitum
dum appellatio intelligitur de omnibus etiam extraneis.* Concl.80.

## Hæres quando compellatur adire, vel non. Concl.37.

REGVLA † eſt, quod hæres poteſt repudiare hæreditatē, ſi vult.
1 *Concl. proxim. ſeq.* Et *in ver. Hæres repudians hæreditatem non poteſt
moleſtari.* Concl.39.† Limita, quando eſſet grauatus alteri reſtitue-
2 re; quia tunc compellitur adire, & reſtituere, & eo caſu perdit
commodum Trebellianicæ, & Falcidiæ. Vide plenius, *Hæres poteſt
repudiare hæreditatem, & quando ſecus.* Concl.*prox.ſeq.*

## Hæres poteſt repudiare hæreditatem, & quando ſecus. Concl.38.

1 HÆRES † poteſt repudiare hæreditatē nondum aditam, & va-
let repudiatio, ita ꝙ non tenetur ad aliquid poſt repudiatio-
2 nē. Bald.*conſ.*189.*Creditor cum filio, in pr. lib.*2.† Declara tamen; quia
ad hoc, vt valeat repudiatio, requiritur, prout in aditione, quod
repudians ſit certus, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato.
Bald.*conſ.*31.*Angelus habet, lib.*2.*& conſ.*145.*Punctus quæſtionis, in prin.
lib.*4. Vide, *Aditio hæreditatis debet eſſe certa.* Concl.184.† Item, ſi eſſet
3 filius, qui adit, vel repudiat, neceſſe eſt, quod ſciat, ſe eſſe ſuum, &
neceſſarium hæredē, & quod in repudiatione hoc exprimat, & in
aditione, alias aditio, & repudiatio eſt nulla, quando filius eſt mi-
nor; quia præſumitur ignorare iura. Alex. plene *conſ.*126.*Viſo pro-
ceſſu, n.*5.*& ſeq. v. plus etiā videtur,* vbi latiſſime, *per tot. lib.*7. vbi ponit
plura verba, quæ an importent, vel non ſcientiam, & dicit Alex.
4 quod debet in hoc eſſe cautus hæres.† Contrarium tamen ibi ad
Alex.*d.conſi.*126.*n.*5.*lib.*7. tenet apoſtil. *in ver. cautus,* qui dicit has
5 ſcrupuloſitates abiiſſe, licet nihil alleget.† Amplia; quia valet re-
pudiatio hæreditatis aditæ, quando hæres ignorauit hæreditatem
eſſe delatam ex teſtamento; quia cum non valeat aditio, valebit
repudiatio, ſi in repudiatione ſciuit, quo iure ſit delata. Bald.*conſi.*
399.*Ioannes Simonem, n.*7.*&* 8.*v. circa tertiū.* & *conſ.*401. *Quia dictus,
6 n.*3.*ver. Præſuppoſito. lib.*3. † Extende; quia etiā ſi aditio eſſet valida;
quo caſu non poteſt ſemel hæres repudiare, quin ſit hæres, vale-
bit tamen in præiudicium repudiantis. Bald.*d.conſ.*399.*n.*7.*&* 8.
7 *ver. circa tertium, lib.*3. Amplia; † quia valet repudiatio hæreditatis
aditæ per minorem, ſi reſtitueretur aduerſus aditionem damno-
ſam; tamen non reuocantur geſta cum tali hærede, maxime iudi-
cialia. Ang.*conſ.*334.*Mandatum collatum, n.*2.*ver. non obſtat.* Vide, *Hæ-
8 res ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres, & quando ſecus.* Concl.46. † Am-
plia; quia licet Eccleſia non poſſit alienare bona Eccleſiæ, bene
poteſt repudiare hæreditatē delatam; qua aliud eſt nolle acqui-
rere, & aliud alienare. Ang.*conſ.*384.*Paxinus quondam, in pr. & n.*2.
9 † Reſtringe; quia ſolus Prælatus ſine conſenſu aliorum non pōt
repudiare hæreditatē, ſicut nec ſolus tutor. Ang.*d.conſ.*384.*nu.*2.
10 † Amplia; quia hæres pro dimidia, vel aliaquota, ſi adeat hæredi-
tatē, & cohæres poſtea repudiet; quia ſit dānoſa, quæ de iure tota
accreſceret illi, qui adiuit, licet quoad ſe non poſſit totā repudia-
re, neq; partē, bene poteſt volentib. creditoribus, vel legatariis,
qui dicuntur creditores, & ſic conſequitu ex perſona creditorū,
quod non conſequeretur ex perſona ſua, *l. um hæreditate,* vbi Bart.
*n.*5.*& ſeq. ff. de acq. hær.* Caſtr. plene *conſ.*323.*Viſo puncto, n.*4.*& ſeq. lib.*
11 1.† Extende, vt procedat etiā ad diminuenda legata alimentorū.
12 Caſtr.*d.conſ.*323.*circa fin. lib.*1. † Amplia; qui filius inſtitutus in re
certa dato hærede vniuerſali extraneo, ſi hæres vniuerſalis eſt
mortuus, viuo teſtatore, per ius accreſcend efficitur hæres; ſed
tamē poteſt repudiare hæreditatē ex teſtamento, & velle eſſe hæ-
redem ab inteſtato, *l. illud, & l. ſi is, ad quem, ff. a acq. hær.* Alex.*conſi.*
13 177.*Viſo themate ad fi. col. fi. n.*11.*ver. & ideo concluendū, lib.*2.† Exten-
de; quia etiam ſi adſit clauſula codicillaris, non tenetur reſtituere
hæres ab inteſtato ex fideicōmiſſo; quia hæredi mortuo, viuente
teſtatore, non; quia mortuus eſt, anteꝗ̄ ceſſerit dies; alteri non;
quia non potuit tranſmittere, cum ſit mortuus ante diem. Alex.
14 *d.conſ.*177.*n.*11.*ver. & ideo, lib.*2.† Extende; quia etam pendente iu-
dicio, ſeu cōpromiſſo poteſt repudiare, & obtinebit ſententiam
tanꝗ̄ hæres ab inteſtato, abſq; eo, quod nouū iudicium incipiat;
quia ius ſuperueniens eſt de præterito, & non conualidat iudiciū
præſens inchoatum. Alex.*d.conſ.*177.*n.*12.*ver. vnde in propoſito. lib.*2.
ſequitur Rot. Ianuæ *dec.*198.*in fi.* Iaſ.*in* §.*omnium, n.*68.*Inſtit. de act.*
15 † Imo in fortioribus Alex.*d.conſ.*177.*in fi. lib.*2. dicit Ioan. de Imol.
obtinuiſſe, quod hæres, qui antequam adiuiſſet, incepit iudicium
contra hæreditarium conductorē; & quia erat nulla aditio; iterū
pendente iudicio ante concluſum in cauſa poteſt obtinere ſen-
tentiam fauorabilē; quia ius eſt ſuperueniens de præterito. † Li- 16
mita; quia tutor ſolus nō poteſt repudiare hæreditatē infanti de-
latam. Ang.*conſ.*384.*n.*2.† Limita, quādo ſtatutum diſponit, quod 17
hæres, qui ſemel adiuit, teneatur ad debita de ſuo, etiamſi adiuiſ-
ſet cum beneficio legis, & inuentarij, prout Florentiæ. Ang.386.
*Statuto Florentiæ.* † Limita; quia hæres grauatus fideicommiſſo ex 18
Trebelliano, compellitur adire, & reſtituere inuitus. Signo.*conſi.*
238.*n.*10.*l. quia poterat, ff. ad Treb.* vbi, quod fideicōmiſſario inſtante
cōpellitur adire, & reſtituere. Vide, *Renunciare poteſt quilibet iuri ſuo,
& quando ſecus.* Concl.170. *cum duab. concluſionibus ibi proxime ſeqq.*

## Hæres repudians hæreditatem non poteſt moleſtari. Concl.39.

HÆRES † ex teſtamento, ſi repudiat hæreditatem, non poteſt 1
conueniri. Alex.*conſ.*177.*Viſo themate, ad fi. n.*11.*ver. & ideo con-
cludendum. lib.* 2.† Et quod quilibet hæres poſſit repudiare hære- 2
ditatē; quia nemo compellitur inuitus eſſe hæres, & facta repu-
diatione non teneatur ad aliqua debita. Alex.*conſ.*141.*Viſo inſtru-
mento. n.*2.*ver. præterea. lib.*6. † Amplia idem eſſe in hærede ab inte- 3
ſtato etiam filio; quia ſi repudiat hæreditatem paternam, non po-
teſt conueniri pro debitis paternis. Bald.*conſ.*189. *Creditor cum fi-
lio, in princ. lib.*2. † Extende in caſu conuerſo; quia ſicut non poteſt 4
conueniri filius, qui abſtinuit ab hæreditate paterna; ita repelli
poteſt, ſi agat tanquam hæres. Io. de Anan.*conſ.*45.*Viſis iis, in princ.*
† Declara; quia filius licet repudiet hæreditatē patris, non exclu- 5
ditur ſimpliciter, & abſolute. *l. ſi quis ſuus. ff. de iur. delib.* Caſtr.*conſi.*
72.*Dubitatio. n.*2.*ver. ſuper ſecundo. lib.*1. † Limita; quia bene poteſt 6
filius, qui repudiauit hæreditatē paternam, conueniri hypothe-
caria, prout quilibet tertius poſſeſſor, ſi poſſidet bona patris. Bald.
*d.conſ.*189.*in pr. n.*2.*ver. & præmitto. lib.*2.† Limita, quando repudia- 7
tio fieret poſtquam ſemel adiuerat; quia licet valeat repudiatio
quoad repudiantē; non tamen valet, quin poſſit à creditoribus
conueniri. Bald.*conſi.*399.*Ioannes Simonem. n.*7.*ver. circa tertium. lib.*
3. Vide, *Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres, & quando ſecus.* Concluſ.
46.† Limita; quia filius, etiamſi repudiauit hæreditatem patris, 8
poteſt tamē conueniri pro primipilari adminiſtratione patris, &
eſt caſus ſpecialis, *l. fi. C. de primipilar. lib.*12. Alex.*d.conſ.*141.*n.*2.*lib.*6.
Vide Concl. proximam præced.

## Hæres ex quibus dicatur repudiaſſe hæreditatem. Concl.40.

HÆREDITAS † dicitur repudiata per hæredem, ſi antequā ad- 1
eat, renunciet hæreditati prædictæ delatæ, & hæc renuncia-
tio habet vim repudiationis, & confert ſucceſſionem proximio-
ribus poſt repudiantē. Caſt.*conſ.*228.*Pro declaratione. in pr. lib.*1. Vi-
de, *Renunciatio quid ſit, & quam ſolemnitatem requirat.* Concl.160.† Si 2
vero fiat renunciatio, ſeu repudiatio poſt aditā hæreditatē ad fa-
uorem certæ perſonæ, licet renūcians non deſinat eſſe hæres; ta-
men habet vim donationis. Caſtr.*d.conſ.*228.*in pr. lib.*1. † Declara; 3
quia habet vim donationis, ſi ex cauſa lucratiua fiat; ſecus, ſi con-
ſtat, quod ex cauſa lucratiua non voluit renunciare; quia non pōt
habere vim donationis. Caſtr.*d.conſ.*228.*in prin. lib.*1.*v. aut ſi dicatur.*
† Amplia; quia repudiatio inducitur, ſi hæres pro dimidia dicat, 4
ſe nolle aliquid de prædicta hæreditate, ſed quod tota ſpectet ad
cohæredē. Fulg.*conſ.*42.*per tot.* vbi in fi. dicit, quod ēt ſola verba, ꝙ
nihil vult ex hæreditate habere, videntur ſufficere pro repudia-
tione. Vide, *Repudiatio quid ſit & quando valeat, vel non.* Concluſ.202.
† Et quod filius, vel alius, cui delata eſt hæreditas, ſi negat ſe eſ-
ſe hæredē, non dicatur repudiare. Bart.*in l. ſi quis ſuus. ff. de iur. delib.* 5
quē ſequitur Alex.*conſ.*126.*Viſo proceſſu, in fi. li.*7.† Limita; qa ſi filia 6
renunciauit hæreditatē patris ſibi delatam matri, & poſtea mater
egit contra filium vti hæredē, videtur non voluiſſe vti, neq; acce-
ptare renunciationē, & filia poterit eſſe hæres. Caſtr.*d.conſi.*228.*in
pr. v. præterea ſi fuiſſet. lib.*1.† Limita; quia repudiatio facta per fidei-
commiſſarium de hæreditate ſibi reſtituenda ipſi nō nocet, ſi er- 7
rat, puta, quia renunciat, quaſi hæreditas ſit iacens; cum tamē eſ-
ſet per grauatum adita, & propterea ſi petiit dari curatorē tanquā
hæreditati iacenti; quia non volebat hæreditatē, quam repudia-
bat, ſed pro ſolis creditis volebat agere, non ſibi præiudicat; quia
errabat, & ſicuti datio curatoris eſt nulla; ita repudiatio. Caſtren.
*conſi.*393.*Vt attingamus, col.*2.*in pr. ver. ex quib. ſequuntur. lib.*1.*& n.*2.*v.
tertia eſt,* vbi, quod error non habet conſenſum. † Extende; quia 8
in hærede non directo, ſed per fideicommiſſum nō operatur ſo-
la repudiatio facta abſēte grauato; quia ex quo inter eos eſt actio
perſonalis, quæ non extinguitur, niſi conſenſu amborum, neceſſe
eſt, quod fuerit facta in præſentia, vel per nuntium, aut epiſtolam,
vt præiudicet repudianti. Caſtr.*d.conſ.*393.*Vt attingamus, circa med.*

*v.pro cuius intellectu.lib.*1.vbi,quod neq; valet in iudicio,niſi per iu-
dicem ſit acceptata,qñ grauatus erat abſens.Vide, *Renunciare qui-
libet poteſt iuri ſuo,& quando non. Concl.*170.*cũ duab.concl.ibi prox.ſeq.*

## Hæres repudians hæreditatem perdit legata, & legitimam,& quando ſecus.Concl.41.

1 HÆres † repudians hæreditatẽ priuatur etiam commodo le-
gatorum ſibi factorum, quando maxime ſolus eſt hæres in-
ſtitutus.Bald.*conſ.*328.*Factum tale eſt.lib.*4.*in prin.*allegat *l.ſi patroni.*
2 *§.quid ergo.ff.ad Treb.*vbi dicit eſſe caſum. † Amplia,vt procedat in
hærede certę rei vocato à lege,vel ſtatuto,prout ſi filius ſuccedat
in dote matris vigore ſtatuti; quia ſi non habet cohæredem vni-
uerſalẽ,ipſe tenetur totam hæreditatem adire,vel repudiare, nec
tranſmittit dotẽ,niſi in caſibus,in quib.tranſmittit hæreditatem.
Ang.*conſ.*81.*D.Maria.& conſ.*82. quod eſt Franciſci Albergotti de
Aretio,Nicolai de Rabata, & Donati Aldigerij, & plenius Ang.
3 *conſ.*83.*per tot.* † Amplia;quia filius non poteſt velle legitimam &
repudiare hæreditatẽ,ſed tenetur agnoſcere hæreditatẽ, quando
eſt ſolus hæres.Ang.*d.conſ.*81.*n.*2.*col.pen.v.ſecundo arguendo,& conſi.*
82.ꝙ eſt Franciſci Albergotti,Nicolai Rabatæ & Donati Aldige-
rij,*in prin.*& idẽ Ang.*conſ.*83.*Subtiliter,col.*1.*in fin. v.& ideo filius*, vbi
loquitur, qñ in legitima erat filius inſtitutus nullo alio hærede
☞ dato. Vide Soc.*reg.*14.*Filius ſi hæreditatẽ adire nolit.*vbi limitat ſeu re-
ſtringit trib.modis, & dicit regulã eſſe communẽ, & ſic pro am-
* pliatione eſt cõmunis *opinio.Vide,*Filius non poteſt repudiare hære-
☞ ditatẽ retenta legitima,& quando ſecus.Concl.*354. † Limita,qñ teſta-
mentum haberet clauſulam codicillarẽ; quia tunc hæres, ẽtſi ſit
4 ſolus,& repudiet hæreditatẽ,poterit conſequi legata ab inteſtato
propter clauſulam codicillarẽ.Bald.*d.conſ.*328.*lib.*4.vbi eſt caſus.
5 †Extende; quia bene poteſt filius abſtinens ab hæreditate patris
habere prælegata,ita Soc.*reg.*15.*Filius,qui ab hæreditate patris,* vbi li-
mitat, ſeu reſtringit, ſi pater maiorẽ partem bonorũ diuiſiſſet in-
6 ter filios. † Limita; quia hæres infantis,qui habebat propriã hæ-
reditatẽ,& cui ẽt alia hæreditas materna erat delata, ſed nõ adita,
poteſt adire hæreditatẽ infantis aditã,& repudiare delatã, & nõ-
7 dum aditã. Ang.*conſ.*86.*Hæreditas materna.n.*2.*v.de ſecundo.*† Limi-
ta;quia hæres eius,cui erat hæreditas delata,& intra tempus deli-
berandi deceſſit,poteſt adire hęreditatẽ defuncti,&repudiare de-
latam,quam etiam poſſet adire,ſi vellet, Ang.*d.conſ.*86.*n.*2.

## Hæres quando teneatur exonerare animam defuncti. Concl.42.

1 HÆres † tenetur exonerare animam defuncti.*c.fi.de ſepult.c.li-
teris, de rapto.c.Eccleſia. §.item peccato.* vbi gl.*in v.cõquiſita.*1.*q.*4.
Rom.*conſ.*149.*nu.*4.Soc.*conſ.*203.*n.*2.*lib.*2.Rui.*conſ.*20.*nu.*2.*lib.* 4.
Curt.Iun.*conſ.*181.Caſt.*conſ.*81.*In cauſa,quæ vertitur,in fi.lib.*2.vbi a-
poſt.citat Soc.*conſ.*62.*n.*2.*obiicitur,lib.*1. Alex.*conſ.*4.*Videtur.n.*21.*lib.*
2 2.vbi in hærede vniuerſali hoc procedit.† Extende, vt procedat,
etiam ſi defunctus ſit debitor ex delicto; quia licet pœna delicti
non tranſeat ad hæredem, niſi ſit lis conteſtata cũ defuncto. Ang.
*conſ.*340.*in pr.*tamen quoad hoc, vt teneatur hæres exonerare cõ-
ſcientiã defuncti, vſq; ad vires hæreditarias bene obligatur, ſiue
ſit lis conteſtata,ſiue non.Fed.de Sen.*conſ.*21.*in fi.n.*6.late Anchar.
*conſ.*311.*Et prima facie,per tot.* Gemin.*conſ.*3.*n.*6.*ver.nam de iure ciuili.*
3 † Declara; quia maxime procedit extenſio, qñ hæres ex delicto
defuncti factus eſt locupletior. Bald. *in l.* 1. *C.ex delicto defuncti,in*
☞ *pr.*Ang.*conſ.*308.*in fi.*Vide, *Hæres non tenetur ex delicto defuncti.Concl.*
68.Vide, *Contumax condemnatus non dicitur condemnatus ob delictum,
& quando ſecus.Concl.*1022. † Extende; quia ſi delinquens,vel de-
4 functus relinquat plures hæredes,& aliqui non eſſent ſoluendo,
tenentur iſti,qui ſunt ſoluẽdo,exonerare animam defuncti, cõ-
* 5 munem * dicit Iul.Clar.*in §.fi.q.*51.*nu.*18.*v.ſed pone.*† Amplia;quia
laudũ habens exequutionem paratam poteſt exequi etiam cõtra
hæredem, non obſtante lapſu tanti temporis, quod ſit inducta
præſcriptio tam de iure cõmuni, quam ex forma ſtatuti;quia hæ-
res tenetur exonerare animam defuncti. Alex.*conſ.*97.*Viſo proceſſu
n.*8.*lib.*7.Balb.*in tract.de præſcript.in* 2.*part.prin.q.*12.*n.* 10. Curt.Iun.
6 *conſ.*177.*col.fi.& conſ.*181.*col.fi.* † Et non dicitur exonerare hæres,
7 niſi actu reſtituat. Nat.*conſ.*162.*num.*35.vbi plures citat.† Amplia;
quia propterea hæres non poteſt præſcribere ea, quæ defunctus
mala conſcientia retinebat; quia licet hæres præſcripſerit rẽ ob-
noxiam reſtitutioni, & illam fecerit ſuam; tamen quia tenetur
exonerare conſcientiam defuncti, & exoneratio non fit, niſi ean-
dem rem reſtituat,quã defunctus mala conſcientia tenebat. Ant.
de But.Abb.& Im.*in c.ſi diligenti,de præſcrip.*& late Caſt.*conſ.* 81. *In
cauſa,quæ vertitur.in fi.n.*5.*lib.*2. vbi videtur iſta allegare,& contra-
rium tenere in ſuo caſu. Alex.plenius *conſ.*51.*Videretur.n.*7.*ver.quia
hæres lib.*5.*& conſ.*97.*Viſo proceſſu. nu.*8.*v.quia hæres tenetur.lib.*7.vbi
locum habere dicit in hærede vniuerſali. Vide, *Mala fides defuncti,
& authoris quando noceat hæredi,vel non.Concl.*22. † Amplia; quia i- 8
mo iudex repellit legatarios, & habentes cauſam lucratiuam ab
vſurario etiam abſoluto, quando ſibi conſtat, quod mortuus eſt
vſurarius; quia non debet pati, quod per auaritiam ſuperſtitum
ſuffocetur anima defuncti,ẽt ſi impœnitens reliquiſſet pauperib.
& piæ cauſæ;quia quando deceſſit impœnitẽs,repellitur pia cau-
ſa,ex quo teſtamentum eſt nullum,& debent vſuræ reſtitui omni
caſu. Ant.de But.*conſ.*28.*per tot.*maxime *circa med. ver. prima Concl.*
Vide, *Animæ fauore multa ſpecialia introducuntur.Concl.*333.

## Hæredẽ ſe aſſerens quid debeat probare, vt obtineat. Concl. 43.

HÆREDITAS † defertur proximiorib.defuncto;&ideo qui di- 1
cit hæredẽ, debet ſe proximum probare defuncto tali gradu
ſucceſſibili, non autẽ tenetur probare nullum alium extare pro-
ximiorẽ;quia qui voluerit dicere extare proximiorem, probabit.
Cuma.Alex.Iaſ.*in l.is poteſt.ff.de acq.hær.*Tiraq.*de retr.* §.11.*glo.*1.*n.*6.
Alex.*conſ.*179.*Viſis, ac ponderatis,in fi.lib.*7. vbi, quod ſufficit,quod
quis probet ſe fratrem, & qui dicit extare proximiorem, probet.
† Contrarium, quod imo quis debeat probare ſe eſſe proximio- 2
rem,& non ſufficit probare ſe fratrẽ defuncti. Alex.*conſ.*124.*Viſo
proceſſu,in pr.lib.*7. Dec.*conſ.* 322.*per tot.*† Amplia;quia hæres ſuffi- 3
cit, quod probet fratrẽ ſuum deceſſiſſe, & non tenetur probare,
quod deceſſerit ſine filiis; quia qui vult dicere,quod cũ filiis de-
ceſſerit,probare debet. Alex.*conſ.*179. *Viſis, in fin.n.*10.*lib.*7.Con-
trarium † tenet ipſe Alex.*conſ.*117.*Viſo proceſſu,in prin.lib.*4.plenius 4
*conſ.*124.*Viſo proceſſu,in prin.lib.*7. vbi, quod alias non concludit,&
tenetur probare negatiuam, quando eſt fundamentum ſuæ in-
tentionis.† Declara;quia ſi ageretur de morte fratris hæredis,qui 5
viuens fuerat profeſſus in aliqua religione; tunc non ſufficeret
forte probare mortẽ;quia monaſterium, ſi eſt ſucceſſibile, habe-
tur loco filij in ſucceſſione, Alex.*d.conſ.* 117.*n.*8.*v.prætereateſtes.lib.*
4.Vide,*Probatio incumbit aſſerenti circa intentionem.Concl.*768.Vide,
*Fideicommiſſarius non tenetur probare grauatum ſine filijs deceſſiſſe, &
quando ſecus.Concl.*281.Vide, *Subſtitutio facta*, ſi ſine filijs deceſſerit,
*expirat,Concl.*847.

## Hæres non poteſt conueniri multis caſibus. Concl.44.

HÆRES, † cui fuit conceſſa dilatio ad conficiendum inuenta- 1
rium, pendente dilatione nõ poteſt conueniri à legatariis,
& fideicõmiſſariis,ẽt dato,quod ipſe hæres ageret. Alex.*conſ.*62.
*In cauſa,& lite,n.*19.*v.ſexto quia.lib.*7. vbi dicit magis * communẽ. *

## Hæres poteſt multa ex ſe ipſo ſine iudice, & ſine exequutoribus. Concl. 45.

HÆRES † poteſt capere poſſeſſionẽ hæreditatis ſibi delatæ ſi- 1
ne iudice,&propria authoritate, qñ tertius non occupat res
hæreditarias, alias debet iudicis decreto capere contra tertium.
Bald.*conſ.*453.*Quia D.Catharina.li.*4.† Extende;quia imo ẽt contra 2
tertium poteſt propria authoritate capere poſſeſſionem ſine iu-
dice, qñ non adeſt copia iudicis, & periculũ eſſet in dilapidatio-
ne fructuũ hæreditatis. Bald.*d.conſ.*453.*lib.*4.† Amplia;quia hæres 3
poteſt ſoluere legata & dare bona hæreditatis in ſolutũ legata-
riis ſine exequutorib. teſtamentariis, & valebit datio,& transla-
tio domini ſine tamen fraude facta, & ſine præiudicio aliorum.
Bald.*d.conſ.*453.*in fi.*. 4. † Limita;quia non poteſt capere poſſeſ- 4
ſionem rei hæreditariæ propria authoritate, quando ab alio oc-
cupatur;quia caderet in pœnam *l.meminerint.C.vnde vi.*† Extẽde, 5
vt procedat limitatio,etiam ſi eſſent declarata bona hæreditaria,
& ad eum ſpectare, quia propria authoritate non poteſt capere
poſſeſſionem ab alio occupatam. Ang.*in l.ſciendum.§.ſi fundum.*v-
bi Soc.*in fi.ff.qui ſatiſd.cog.*Ruin. *conſ.*50.*n.*3.*lib.*4.Rebuff.*in conſti.
Galliæ.tit.de ſenten.xcomm.artic.vlt.gl.*2.*in fine.*

## Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres, & quando ſecus. Concl. 46.

HÆRES † ſemel nõ poteſt deſinere eſſe hæres. *l.ſicut.C.de repud.* 1
*hæred.*Bald.*conſ.*144.*Statuto Ciuitatis Papiæ lib.*2.*n.*2.*v.& hoc ve-
rum.l.& ſi ſine.§.ſed quod Pap.ff.de leg.*3.late Decia.*conſ.*129.*n.*13.*lib.*3.
vbi alios alleg.Cum.*conſ.*142.*Viſis tenore.n.*2. Anch.*conſ.*300.*in pr.*
vbi, quod hæreditas animo cum expreſſione verborũ,vel facto
aditur.Iaſ.*in l.pro hærede.ff.de acq.hær.*Ang.Aret.*conſ.*67.*Quantum ad
primum.in pr*Alex.*conſ.*162.*Circa primum,n.*6.*lib.*2.† Et repudiatio- 2
ne non deſinit eſſe hæres, Bart. *in l. ait prætor.* §.*ſed quod Papinianus,
in* 4.*not.ff.de minor.l.ei qui ſoluendo,in fin.*& ibi Bart.*ff.de hæred.inſti.*
Caſtr.*conſ.*228.*Pro declaratione,in prin.lib.*1. † Et non auditur,poſt- 3
quam

quam adiuit etiã tacite, ſi vult impugnare teſtamentum, ex quo
adeundo illud probauit. l. ſi vt proponis, §. ſi hæreditatem. & ibi Bar. &
Ang. ff. de inoff. teſtam. per regulam l. Pomponius ſcribit, & ibi Bart. col.
4 4. ff. de neg. geſt. Oldr. conſ. 18. Circa primum, in prin. † Amplia, vt pro-
cedat, ẽt ſi hæreditatem alteri ceſſerit, & conuentũ ſit, quod ipſe
non poſſit conueniri, ſed ceſſionarius; quia adhuc ipſe prius po-
teſt, & debet cõueniri. l. 2. C. de hæred. vel actio vend. Petr. de Anchar.
conſ. 5. in pr. n. 5. & ſeq. ver. ſi vero venio. Vide, Hæreditas vendi, & cedi po-
5 teſt. Concl. 26. † Amplia, quod propterea ſi ſtatutum excludat filiã
fœminã dotatã, non eam excludit, ſi tempore mortis non eſt do-
tata; quia cum ſemel ſit hæres, licet poſtea dotetur, nõ poteſt de-
6 ſinere eſſe hæres. Anch. conſ. 300. Poſſet, in prin. † Amplia, vt pro-
cedat; quia neq; per mortem naturalẽ deſinit eſſe hæres; quia li-
cet quoad ſe deſinat; tamen quia ad hæredẽ ſuum tranſmittit no-
men hæredis iuris fictione, non deſinit eſſe hæres. Bald. conſil. 54.
7 Punctus quæſtionis. n. 4. per mortẽ autem naturalem. li. 4. † Amplia; quia
ſicut ſemel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres; ita ſemel repu-
dians non põt velle eſſe hæres, niſi ſit ſuus hæres. Declara infra,
Hæreditas repudiata non poteſt adiri per repudiantẽ, & quãdo ſecus. Concl.
8 25. † Amplia; quia poſtq̃ ſemel adita hæreditas fuit, non poteſt re-
pudiari, & repudiatio non facit deſinere eſſe hæredẽ. Bar. in l. fi-
liusfamilias. n. 5. ff. de hær. inſt. Pariſ. conſ. 77. Viſis, & conſideratis. n. 1. lib.
1. & conſ. 19. n. 176. lib. 2. cum aliis cumulatis per Cephal. conſ. 153. n.
9 8. Caſt. d. conſ. 228. in pr. lib. 1. † Amplia; quia hæreditas ex teſtam.
ſemel adita non põt amplius reduci ad cauſam inteſtati. Bald. conſ.
267. Proponitur, quod. nu. 4. v. & videtur primo. lib. 5. Vide, Teſtati cauſa
10 facit ceſſare cauſam inteſtati, & quando ſecus. Concl. 95. † Amplia, etiãſi
eſſet latũ laudum; per quod annullaretur aditio; quia non poteſt
laudũ facere, ꝙ ſemel hæres deſinat eſſe hæres. Cuma. conſil. 142.
11 n. 2. † Amplia; quia hæres ſemel declaratus ẽt quoad vnum credi-
torẽ dicitur hæres quoad omnes, & idem in confeſſione facta in
iudicio ſuper interrogatorijs, præparatorijs. Cæpol. caut. 102. per
l. ꝙ hærede, in prin. ff. de acq. hær. plene Ang. Aret. conſ. 24. Viſo dicto the-
mate, per tot. vbi tollit cõtraria. Vide, Sententia lata contra vnũ quan-
12 do alteri præiudicet. Concl. 174. † Cõtrarium dicit Caſt. in hærede ex
confeſſione in iudicio facta poſitionibus; quia quoad illũ credi-
torẽ; cui facta eſt cõfeſſio, ſibi præiudicat, ſecus quoad alios, ſi ve-
re nõ eſt hæres, ſed bene per aditionem factam cũ vno creditore
ſibi præiudicat quoad omnes, conſ. 252. Viſo puncto, col. 2. in pr. v. non
13 enim. lib. 1. † Declara; quia confeſſio facta in iudicio; ꝙ eſt hæres
ſecundũ l. ſi. ff. de interrog. actio. ſolum præiudicat quoad illum, cui
fit confeſſio: ꝙ declaratur, & reſtringitur, qñ filius prius repu-
diaſſet, vel ſecundum illa tempora ꝓcedebat in filio emancipato,
qui ſimpliciter non poterat eſſe hæres, hodie aũt ſecus, ita Ang.
Aret. in conſ. 24. Viſo dicto themate, per tot. vbi ꝓ vtraq; parte, & hanc
tuetur, & ad l. ſi. ff. de interrog. act. reſpondet, vt ſup. ſub n. 9. & ſeq. v.
14 non obſtãt. † Amplia; quia hæres ſub modo non deſinet eſſe hæres,
licet modũ non impleuerit, ſed priuatur; quia alteri debetur hæ-
reditas ex fideicõmiſſo. Caſt. conſ. 5. Quicquid dicatur. n. 6. lib. 1. Vide,
Hærede ob non implementũ priuato, vel alias, cui debeatur hæreditas. Cõcl.
15 56. † Extende; quia ſi eſt aditio facta, ſaluo iure repudiandi, vel cũ
conditione, ꝙ poſſit repudiare, talis conditio, vel reſeruatio nihil
operatur, & habetur pro non appoſita. l. ſicut. C. de repud. hær. Bald.
16 in l. appellatione. C. de appell. verb. & nota hic. † Extende idẽ, ſi aditio fiat
ſub cõditione, ne teneatur creditorib. hæreditariis; quia nihil re-
leuat non confecto inuentario; quia talis obligatio eſt conſequu-
tiua actus aditionis. l. apud Iul. §. ſi. ff. ex quib. cauſ. maio. quia non põt
velle qui contra leges, ne habeant locũ in ſua diſpoſitione. l. nemo
17 poteſt. ff. de leg. 1. † Declara; quia licet ſemel hæres nõ poſſit deſine-
re eſſe hæres; tamẽ ſi eſſet ſub cõditione hæres, deſinit eſſe in caſu
conditionis, & fingitur, ac ſi hæres non fuiſſet vnq̃. Ang. de Peruſ.
conſ. 42. Porecta fuit. in ſi. v. itẽ non obſtat. Ang. conſ. 198. Teſtator in om-
nibus. n. 3. v. ſuper. tertio. vbi, ꝙ cenſetur datus hæres ſub conditione,
ſi eſt ꝓhibitus alienare ſub pœna priuationis, quaſi ſit datus hæ-
18 res, ſi non alienauerit. † Amplia; quia is, qui eſt hæres inſtitutus in
plurib. teſtamentis, ſi adeat omni meliori modo, ex quo ſemel eſt
hæres, non põt deſinere eſſe hæres, ẽt ſi declararet poſtea adiuiſſe
ex teſtam. ſecundo, non ex primo; quia licet teſtam. ſecundum ſit
nullũ, non deſinit eſſe hæres ꝓpter declarationẽ. Anch. conſ. 203.
n. 5. ꝙ eſt ſubſcriptum à ſex Doctor. ſequitur Dec. conſ. 14. n. 4. Feli.
19 in c. cum ſuper, in ſi. ff. de off. deleg. † Amplia in filio, qui poſt immixtio-
nem non põt repudiare; quia ſemel hæres, ſemper eſt hæres, l. ne-
ceſſarius. ff. de acq. hær. Ang. Aret. conſ. 24. Viſo dicto themate, per tot. ma-
20 xime, n. 11. & ſeq. v. nec obſtat, quod dicitur. † Reſtringe in caſu con-
trario; quia filius, qui abſtinuit, bene poteſt reuocare abſtinentiã,
& velle effici hæres, l. fin. C. de repud. hær. l. ſi quis ſuus. ff. de iur. deliber.
quod eſt verũ, dũmodo infra tres annos poſt repudiationẽ adeat.

Ang. Aret. conſ. 24. n. 11. & ſeq. ver. nec obſtat. maxime n. 19. v. præterea.
Vide, Hæreditas repudiata nõ poteſt adiri per repudiantẽ, & quando ſecus.
Concl. 25. † Ratio diuerſitatis eſt; quia primo caſu fieret præiudi- 21
cium creditoribus, ſecundo caſu nõ. Salyc. in l. ſuus, vbi Iaſ. C. de re-
pud. hær. Caſt. in l. ſicut. n. 2. eod. tit. † Ratio eſt; quia repudiatio eſt o- 22
dioſa, aditio fauorabilis; & quia à pari non ꝓcedunt; quia multi
poſſunt adire, qui non poſſunt repudiare. Ang. Aret. d. conſ. 24. ver.
nec obſtat, ꝙ dicatur, n. 11. & ſeq. vbi plura. † Amplia; quia confeſſio 23
hæredis, ꝙ ſit hæres, ſibi præiudicat, vt non poſſit reuocare con-
feſſionem quoad eum, cui confeſſus eſt, qñ ex certa ſcientia con-
feſſus eſt. Ruin. conſ. 10. nu. 12. & ſeq. maxime n. 18. lib. 3. † Extende; 24
quia lex fingit eſſe hæredẽ quoad eũ, cui confeſſus eſt; ideo nõ de-
ſinit eſſe hæres quoad eũ, licet vere hæres eſſe nõ poſſit, niſi aliter
iudici videatur ex ꝓbatis. Ruin. conſ. 3. n. 6. & 7. lib. 3. † Extende ẽt 25
ſi enunciatiue cõfeſſus ſit in iudicio, de quo ſunt opiniones. Vi-
de, Confeſſio in iudicio facta probat, & operatur multa. Concl. 641. † Ex- 26
tende; quia confeſſio facta in iudicio, puta reſpondendo poſitio-
nibus, quod reſpõdens ſit hæres debitoris, operatur verã proba-
tionẽ in fauorem actoris Rom. conſ. 70. Viſo themate. nu. 26. in ſi. v. 3.
Soc. conſ. 97. In præſenti conſultatione, col. 2. n. 6. lib. 4. Alex. cõſ. 44. Viſo
& diſcuſſo, in pr. lib. 2. Cald. conſ. 4. An reſpondens poſitionib. tit de confeſſ.
alias eſt ſub n. 152. Dec. conſ. 252. Agitur cauſa, & conſ. 647. Requiſitus
n. 6. Crau. conſ. 218. Fuit in rerũ natura. n. 9. & conſ. 230. Deferens iura-
mentũ. n. 8. † Extende in caſu contrario; quia licet ego non ſim hę- 27
res, & probẽ ex lectura teſtamẽti, quod in eo nõ ſum nominatus:
tamen quia aduerſarius confitetur me hæredẽ, quoad eum, & in
p̃iudicium confitentis tantũ ero hæres. Rom. cõſ. 391. Vt præpoſita.
n. 7. v. hoc probo. † Declara totã iſtam materiã; quia quod confeſſio 28
facta in iudicio, ꝙ eſt hæres, non poſſit reuocari, ſed noceat quo-
ad omnes, procedit, qñ confeſſio eſt iudicialis poſt litẽ conteſta-
tam, vel habitã pro conteſtata: ſecus ſi ante litem conteſtatã. item
ꝓcedit non docto de errore, ſed ſi doceatur de errore, bene con-
feſſio põt reuocari, ita plene Ang. Aret. conſ. 24. Viſo d. themate, vbi
plura ꝓ vtraq; parte, & ita declarat in ſi. n. 19. & ſeq. per tot. v. nec etiã
obſtat. † Amplia in tantũ, quod ſi dati ſunt duo hæredes, pro parte 29
dimidia quilibet, & vnus pure, alter ſub conditione, non põt pen-
dente cõditione hæres pure eſſe hæres in ſolidũ; quia ſi adueniret
cõditio, non poſſet deſinere eſſe hæres. Rui. conſ. 17. n. 10. li. 3. † Li- 30
mita; quia hæres vſurarij ex teſtam. licet fuerit hęres, & ſoluerit le-
gata, põt pœnitere; quia qñ nullitas teſtamenti prouenit ex iure
publico, poteſt hæres pœnitere. Cald. conſ. 330. alias 1. de teſtam. Li-
mita; † quia licet nõ valeat renunciatio hæreditatis ſemel aditæ, 31
valet tñ pactũ de nõ petẽdo, l. ſicut. C. de repud. hær. Bal. conſ. 46. Ver-
ba inſtitutionis. n. 3. v. certũ eſt autẽ, lib. 1. & conſ. 47. n. 2. v. ſed præſuppoſi-
to. eod. li. 1. † Limita; quia bene poteſt renunciare fideicõmiſſarius, 32
& valet renunciatio, qñ fideicõmiſſum eſt quęſitũ cõmutabiliter.
Bal. d. conſ. 46. n. 3. v. certũ eſt autẽ. lib. 1. & conſ. 47. n. 2. v. ſed hoc præſuppo-
ſito, lib. 1. † Limita; quia anteq̃ ſit adita hæreditas, poteſt repudiari, 33
ẽt per filiã cum cõſenſu patris, licet patri acquiratur, nec requi-
ritur cauſa in repudiatione, Bald. conſ. 144. per tot. lib. 2. † Limita in 34
hærede cũ beneficio legis, & inuentarij; quia licet nõ deſinat eſſe
hæres nomine, bene deſinit effectu; quia neq; confundit ſuas a-
ctiones, neq; prohibetur, licet ſit hæres, deducere ſuam legitimã,
& ſua credita. Ang. Aret. conſ. 67. Quantũ ad primũ, per tot. † Limita; 35
quia hæres ſemel poteſt deſinere eſſe hęres per legale priuationẽ.
Bald. conſ. 54. Punctus quæſt. talis eſt. n. 4. ver. ſequitur videre, lib. 4. † Ex- 36
tẽde, ſi extat ſtatutũ, quod niſi hæres intra certũ tempus ſoluerit
gabellã, perdat hæreditate, vel non ſit hæres; quia ſtatim, quod la-
bitur tẽpus, & nõ ſoluit, deſinit eſſe hæręs, Bald. in l. cum mulier. ff.
ſolut. matr. quẽ ſequitur Caſtr. d. conſ. 259. col. 2. circa med. ver. ad quod
lib. 1. † Limita; quia ꝓpter ſtatus annihilationẽ hæres ſemel poteſt 37
deſinere eſſe hęres, Bald. d. conſ. 54. ver. itẽ propter ſtatus, lib. 4. † Limi- 38
ta in milite, l. miles ita hæredẽ in prin. ff. de milit. teſtam. vbi poteſt dare
hæredem ad tempus, & aliũ hæredem ad aliud tempus. Ang. conſ.
168. col. pen. v. hinc deſcendit. n. 3. † Limita; quia poteſt quis dari hæ- 39
res in vita ſua, & alius hæres poſt mortẽ primi hæredis; quia ſicut
hoc põt pœnalis diſpoſitio; multo magis poteſt fauorabilis; quia
fauor facilius producit effectũ, q̃ odiũ, Bald. d. conſ. 54. n. 5. ver. dubi-
tatur, vtrũ teſtator. lib. 4. vbi eſt caſus. Vide, Hæredis inſtitutio quando,
& quib. fieri poßit ſub cõditione, vel ad tẽpus. Concl. 84. † Contrariũ, ꝙ 40
teſtator non poſſit facere aliquem hæredem ad tempus, & poſt il-
lud tempus aliũ hæredem directo; quia decederet pro parte te-
ſtatus, pro parte nõ Caſt. conſ. 259. Omnis difficultas, in pr. lib. 1. quod
eſt Matthæi Feliciani, de Peruſ. † Declara; quia datio hæredis di- 41
recto poſt mortem alteri⁹ hæredis ſubſtinetur in vim fideicõmiſ-
ſi, & in fideicõmiſſo admittitur, quod deſinit eſſe hęres quoad fi-
deicõmiſſum Alex. conſ. 162. Circa primũ. n. 6. & ſeq. lib. 2. † Extende; 42

quia poteſt hęres ſemel deſinere eſſe poſt tempus incertũ ex cau-
43 ſa.Bald.*d.conſ.54.n.5.v.quod cũ cauſa.lib.*4.† Imo etiã legatarius vniuerſalis in vita ſua nullo dato hærede, niſi poſt mortẽ legatarii, dicitur hæres inſtitutus in tempus vitæ ſuæ. Bald.*conſ.*80.*Punctus, ſuper quo.lib.* 4. vbi, quod vxor relicta vſufructuaria omnium bonorũ inſtituto filio teſtatoris hærede vniuerſali poſt mortẽ vxo-
44 ris in vita ſua eſt hæres deducta legitima filii. † Declara; quia ſemel hæres poteſt deſinere eſſe hæres iudicio teſtatoris, vel in pęnam, ſi non obſeruat, ſaltem; quia alius datus hæres non erit directus, ſed vtilis, & ſeu per fideicommiſſum ſecundum aliquos, & ſecundum alios erit abſolute priuatus, & venit ſecundus. Caſtr.*d.*
45 *conſ.259.lib.1.inpr.*† Limita, quando hæres ſemel decedit ſine hęrede; quia tunc abſolute deſinit eſſe hæres. Bald.*d.conſ.54.n.5.v.ſed*
46 *facto naturæ. lib.*4. † Limita; quia hæres ſemel poteſt ex pœnali diſpoſitione teſtatoris deſinere eſſe hæres.*l.1.ff.de iis, quæ pœn. nomine.* Bald.*d.conſ.54.n.5.v.cum enim hoc poßit.lib.*4.& plene Ang.*conſ.*168. *nu.3.v.porro, & ſi non eſſet*, vbi, quod ex quo lex aſſiſtit diſpoſitioni teſtatoris, poteſt deſinere eſſe hæres ille, qui ſub pœna priuationis certo caſu eſt datus, ſequitur Caſtr.*conſ.259.Omnis difficultas.n.*
47 1.*lib.*1.† Limita; quia licet ſemel hæres non poſſit per repudiationem deſinere eſſe hæres, id procedit quoad creditores; ſecus eſt quoad cõmodũ repudiantis; quia ſi alius, cui ſpectet ex repudiatione, adeat, quoad repudiantem, & hæredes, valebit repudiatio, quæ alias eſſet nulla, & inualida. Bald.*conſ.399.Ioannes Simonem, n.* ☞ 7.*& 8.v.circa tertium.lib.3.* Vide, *Hæres poteſt repudiare, & quando ſecus.*
48 *Concl.*38.† Limita, quando minor adiuiſſet, & læſus reſtitueretur aduerſus damnoſam aditionẽ; quia nõ obligaretur, neq; teneretur; ſed tamen non reuocantur acta iudicialia interim geſta, & ſententiæ latæ reſpectu hæreditatis. Ang. *conſ.334. Mandatum col-*
49 *latum.n.2.v.nec obſtat.l.neceſſariis.ff.de acq.hær.*† Limita; quia licet is, qui fecit actũ ſimpliciter inducentẽ aditionem, cenſeatur adiuiſſe ſimpliciter; ſi tamen intra tempus debitum poſtea conficiat inuentariũ, gaudebit beneficio inuentarij, & ſic non erit hæres ſimpliciter. Paul.de Caſtro *conſ.275.Paſſus, de quo quæritur, per tot.lib.*1.
50 † Limita; quia hæres decocti pro medietate, vel alia quota, ſi adeat, & cohęres repudiet poſtea; poteſt tamen repudiare volentibus creditoribus nedum partẽ cohæredis repudiatã, & quæ per ius accreſcendi accedit portioni aditæ, ſed ẽt poteſt totam repudiare, videl. partẽ ſuam, & accreſcentem, quatenus creditores hęreditarii conſentiant, alias ſecus. Bar.*in l.cum hæreditate.n.5.ff.de hæ-*
51 *red.inſtit.*† Extende, vt idem ſit conſentientib. legatariis quando excedũt legata vires hęreditarias; quia creditores dicuntur. Bart. *d.l.cũ hæreditate.n.8.ff.de hær.inſt.*ſequitur Caſtr.*conſ.323. Viſo puncto.*
52 *n.5.ver.breuiter iſtud dubium.lib.*1.† Reſtringe, quando eſſent plures hęredes vulgariter ſubſtituti; quia ſi vnus adiuit, alter repudiauit, compellitur adire ex vulgari, & non poteſt dicere velle partẽ, quę accreſcit iure accreſcendi, nec tunc poteſt repudiare volentibus creditoribus, ſeu legatariis. Caſtr.*d.conſ.323.num.3. ver. ſed & tertio. lib.*1. quia tunc non poteſt dici ex improuiſo obuenire, cum ſciret adeſſe ſubſtitutionem.

## Hæres quando ſibi præiudicet adeundo ex iure non competenti, & quando ſecus. Concl. 47.

1 HÆRES † inſtitutus ex teſtamento valido, & poſtea ex teſtamento nullo, ſi ſciens adeat ex teſtamento nullo, repudiare præſumitur aditionẽ ex valido: ideo ſibi præiudicat, ne poſſit adire ex valido.*l. Clodius.ff.de acq.hær.* & ibi Bart. qui plene diſtinguit.
2 † Amplia, vt procedat, ẽt ſi ignorauit à principio, quando non ſtetit in finib. erroris, ſed proceſſit in iudicio ex teſtamento nul-
3 lo. Bald.*conſ.142. Quæritur, an frater, lib.3.in prin.* † Amplia in tantũ, quod is, qui adiuit ex iure non competenti, ſi moriatur, interim nõ tranſmittit hæreditatẽ, licet ex alio iure potuiſſet valide adire. gl.fi.*in d.l.Clodius.ff.de acq.hær.*vbi Bar.*in fi.*Bald.*conſ.142.n.2.v.quæ-*
4 *ritur, ſi poſſedit, lib.3.*† Extende; quia pater adeundo nulliter hæreditatẽ filio delatam ſine conſenſu filij, qui eſt ſupra infantiã, non reſtituitur in integrũ, neq; conſequitur hæreditatẽ mortuo filio.
5 Anch.*conſ.362.De viribus, per tot.* † Limita, qñ erraſſet hæres in facto, vt quia ignorauit teſtamentũ, & adiuit ab inteſtato; quia ex-
6 cuſatur. Bald.*d.conſ.142.in pr.lib.3.* † Limita in ſuo hærede; quia cũ ratione ſuitatis omnino ſit hæres, niſi expreſſe abſtineat, quocunq; modo adeat, tranſmittit, & non cẽſetur repudiare. Bald.*d. cõſ.142.n.3.v.quæritur an valeat.li.3.*Bar.*d.l.Clodius.circa fi.ff.de acq.hær.*

## Hæres ſortitur forum defuncti, & quando ſecus. Concluſ.48.

1 HÆRES † clericus ſuccedẽs laico quoad cauſas introductas coram ſeculari viuente defuncto eundẽ iudicem, & forum ſortiri debet. Bald.*conſ.340. Tria ſunt, in prin.v.item quia dictus.lib.*2.vbi ſecus dicit, ſi lex nõ erat cœpta; quia ſortitur clericus forũ ſuum, & non defuncti. † Extende in quocunq; alio priuilegiato; quia 2
hæres ſequitur forũ defuncti quoad ea, quæ contracta ſunt; ſecus quoad contrahenda. Caſtr.*conſ.8.Iſta bona paterna.nu.2.& col.fin.v. item non obſtat.li.*1.† Declara; quia hæres poteſt cõueniri in loco, 3
vbi defunctus cõueniri poſſet, qñ ibidem reperitur, ẽt ſi inſtantia non ſit cum defuncto inchoata; ſi v. cum defuncto ſit inchoata; tunc poteſt ibi conueniri, ẽt ſi ibi non inueniatur. Rom.*conſ.*300. *In caſu propoſito.n.2.v. ſecundo, quia,* vbi apoſt.*in ver.conueniri,* reſpectiue, & relatiue declarat.† Amplia; quia ſi defunctus ſe obliga- 4
uit poſſe conueniri vbiq; ratione pacti, hæres vbicunq; conueniri poterit. Bald.*conſ.416.Præmittendum eſt, lib.2.in fi.*† Amplia in fi- 5
lio, & hærede, maxime quia cenſetur eadẽ perſona, & non mutat forum defuncti. Anch.*conſ.244. Quia quæſtio.nu.2. & n.9.ver.ad ſecundum,* vbi, quod eſt per fictionẽ, & non procedit, qñ forus reſpiceret aliqua ſpeciali ratione defunctũ.† Amplia; quia quoad ob- 6
ligationẽ defuncti non mutantur ex perſona hæredis. Caſtr.*conſ.* 8.*lib.1.n.2.*† Declara ſecus eſſe in obligatione contrahenda. Caſt. 7
*d.conſ.8.col.fi.v.item non obſtat.lib.*1.† Limita in feudatario, & in iis, 8
quæ competunt filijs vt filijs, non vt hæredib. quia obligatio defuncti non tranſit in filium, qui non habet iure hæreditario feudũ, vel emphyteuſim. Bald.*conſ.217.Orta guerra, n.3.in fi.v.nam quadã ſunt, & n.4.lib.3.*† Limita in litibus mouendis; quia ſi extat ſta- 9
tutũ, prout Brixiæ, quod cauſæ mercatorũ cognoſcantur corã cõſulibus mercatorum, defuncto mercatore, hæres non mercator, & hæreditas iacens mercatoris, licet repræſentent defunctũ; tamen non poſſunt conueniri corã conſulibus; quia repræſentatio eſt fictio, quæ non habet locũ in ſtatutis. Fulg.*conſ.105.In propoſita quæſtione.*† Extende; quia ſi inſtituatur hæres clericus, non poterit 10
conueniri à creditore defuncti laici coram iudice laico. Fulg. *d. conſ.105.circa med.ver.nec dicat quis.* Vide Concl. proxim. ſeq. ☞

## Hæres in quibus repræſentet defunctum, vel non. Concl. 49.

HÆRES † repræſentat defunctum, & ideo dicitur eadem per- 1
ſona, & in eum tranſeunt omnia iura actiue, & paſſiue.*l.hæredem, & l.hæreditas, ff.de reg.iur.* † Et dicitur eadem perſona cum de- 2
functo hæres.*auth.de iureiur.à moriente præſtito.§.1.* vbi Bart. Vide, ☞ *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, & quando ſecus. Concl.*53.
† Declara tamen, vt per Soc.*conſ.293.lib.3.lib.2.*Dec.*in l. hæredem.in* 3
*prin.ff.de reg.iur.& conſ.*502.† Amplia; quia filius, & hæres quicun- 4
que dicitur habere eundẽ titulum, quẽ habuit defunctus, & eandem bonam fidẽ. Dyn.*conſ.28.Thema tale eſt, quidam nomine, in prin.*
† Amplia; quia ſtatutũ concedens exequutionẽ prelegato ad fa- 5
uorem eius, cui ſit legatum, habet locum ẽt ad fauorem hæredis legatarii. Caſtr.*conſ.91. In cauſa appellationis, n.3.v.veni ad ſecundum. lib.*1.vbi plura, quod ſtatutum habet reſpectum ad cauſam, non ad perſonam; & ideo in odioſis ẽt procedit.† Extende in ceſſionario. 6
Caſtr.*d.conſ.91.n.3.in fi.lib.*1.† Extende, vt procedat, ẽt ſi non eſt fa- 7
cta probatio, quod ſit hæres; quia ſufficit, quod iſta liquidatio fiat antequam relaxetur exequutio; quia antequam agat, fieri nõ poteſt. Caſtr.*d.conſ.91.n.5.& 6.lib.1.v.tertio dicitur.* † Extende, etiamſi 8
ſit fœmina, quæ ex forma ſtatutorum non poſſit adire ſine conſenſu proximiorum; quia nõ poteſt reus opponere, quod mulier non poſſit acquirere, licet in conſequentiã veniat obligatio; quia ſtatutum dicitur fauore mulierum; ideo reus debitor non excipit de eo. Caſtr. plene *d.conſi.91.nu.5.ver.ſecundo dicitur.lib.*1.† Amplia; 9
quia hæres debet eiuſdem iuris, & poteſtatis eſſe, cuius eſt defunctus, & non maioris. Dyn.*conſi.49. Thema quæſtionis. in fi.ver.præterea hæres.* † Amplia reſpectu fori; quia ſortitur forum defuncti 10
in cauſis & obligationib. contractis. Vide, *Hæres ſortitur forum defuncti, & quando ſecus. Concl.*48. quæ eſt proxim. præced.† Amplia; 11
quia inſtantia cœpta cum defuncto tranſit nedum in hæredẽ, ſed etiam in ſingularẽ ſucceſſorem quando eſt realis. Socin.*conſ.*34.
*n.13.lib.3.*vbi dicit * communem.† Reſtringe; quia licet inſtantia 12
cœpta cum defuncto tranſeat in hæredem.*l.ſi cum hominem.ff.de fideiuſſor.l.ſeruus.ff.de infamib.*tamen ſecus eſt in iis, quæ competunt filio vt filio, non vt hæredi, prout ratione feudi; qui ſi defunctus prorogauit iuriſdictionẽ Regis, cui non ſuberat, tunc non tranſit inſtantia in filium. Bald.*conſi.217. Orta guerra, nu.3.in fin.& num.4. verſ.nam quidam ſunt.lib.3.* † Amplia; quia hæres adeundo acquirit 13
omnia credita defuncti, ita vt poſſit ipſe quoq; dic creditor, ſicuti poterat defunctus, ſiue creditum conſiſtat in pecunia, ſiue in aliis rebus. Alex.*conſ.12.Attentis narratis, in fin. lib.* 7.† Amplia; quia 14
ſi ſtatutum diſponat, quod debitor capi poſſit pro debito, habet locum etiam in hærede debitoris; quia cenſetur eadem perſona. Alex.*conſ.18.nu.16.lib.5.*vbi apoſtil.*in ver.capi,* dat concord. Bart. & Caſtr.

Caſt.*in l.poſtulante.in prin.ff.ad Treb.*vbi, quod procedit, etiamſi de
hærede non eſt facta mentio,& Dec.*in l.hæredem.ff.de reg.iur.* & alii
infra.Mandoſ.*de monitor.q.24.n.3. in fin.& n.4.* Catel.Cotta *in me-
mor.ver.hæres cenſetur.* Caſtr. *conſ.* 91.*nu.*4.*lib.*1. Vide, *Statutum circa
15 exequutionem inſtrumentorum multiplex.Concl.* 532.† Extende idem,
ſi ſtatutum dicat, quod promiſſor, & fideiuſſor poſſit carcerari;
16 quia poterit etiam hæres illius.Alex.*d.conſ.18.n.16.lib.5.* † Exten-
de; quia inſtrumentum habens exequutionem paratam contra
deſcriptum in inſtrumento habet etiam contra hæredem deſcri-
pti.Alex.*d.conſ.18.nu.16.lib.5.*Bar.& Caſtr.*d.l.poſtulante.in prin.ff.ad
Treb.*Dec.*conſi.*536.& latius *in l.hæredem.ff.de reg.iur.*Iaſ.*in l.ſi cui lege-
tur.§.1.ff.de leg.*1.Abb.*conſi.*86.*nu.*4.*lib.*2.Alex.*conſi.*88. *num.*2.*lib.*2.
17 Socin.*conſi.*293.*lib.*2. † Extende; quia pactum appoſitum inſtru-
mento guarentigiato, quod ex forma ſtatuti habet exequutionẽ
paratam,ſi poteſt oculis perſpici, & ſic liquidum,& non incertũ,
neq; conditionale,ſicuti poteſt exequi,& ad illud ſtatutum extẽ-
ditur.Bar.*in l.1.ff.de iis,quæ in teſtam.delen.*Socin.*conſi.*54.*Præſtantiſ-
ſime n.3.lib.*1.Ita etiam contra hæredem,& exequi poteſt.Iaſ.*in l.* 1.
18 *§.ſi hæres.ff.ad Treb.*Soc.*conſi.*240.*col.*2.*lib.*2.† Extende in laudo cõ-
tra debitorem.Bald.*in l.poſt rem iudicatam, circa fi.ff.de tranſact.* vbi,
quod poteſt exequi contra illius hæredem, quod procedit,etiam
ſi in laudo nulla ſit facta mentio hæredis.Bar.& Bald.*in l.diem pro-
19 ferre.§.1.ff.de arbitr.*† Reſtringe;quia non habet locum contra ter-
tiũ,qui non eſt hæres, nec nominatus in inſtrumento. Felin.*in c.
20 cum ſuper.n.13.de iud.* † Amplia; quia exceptiones, quæ obſtarent
defuncto,obſtant eius hæredi.Anch.*conſi.*244. *Quia quæſtio.in pr.*
Vide, *Exceptio competens principali debitori quando competat fideiuſſori,
21 & ſingulari ſucceſſori. Concl.* 415. *& concl.ibi prox.ſeq.* † Extende, ſiue
perſonæ ſuccedant in locum perſonæ, ſiue res loco rei, ſiue actio
ſubrogetur loco actionis; quia ſemper eſt verum,quod is nõ ad-
mittitur,cuius author repelleretur.Anch.*d.conſi.244.in prin.* Re-
22 ſtringe,† vt non procedat in exceptionib.cohærentibus perſonę,
neq; in pœnalibus,ſed ſolum in exceptionib.realibus, vel in rem
ſcriptis;& ideo licet vſurarius manifeſtus repellatur à iudicio, ne
poſſit agere;ſecus in filio, & hærede, vel tutore illius; quia bene
poteſt agere,dummodo non ex contractu vſurario. Anch.*d.conſi.*
23 244.*nu.3.& ſeq.*vbi late, maxime *nu.8.ver.reſtat breuiter.*† Amplia;
quia defunctus,& hæres,maxime filius, cenſentur eadem perſo-
na,& non mutat forũ hæres,& vitia perſonalia in eum tranſeunt.
24 Anch.*d.conſ.244.n.2.* † Extende;quia promiſſio facta pro dato, &
facto ſuo tantum, etiam factum hæredis continet ; quia taxatiua
ſolum excludit perſonas extraneas,non hæredes,vel ſucceſſores.
Bald.*in l.fi.C.de act.emp.*Alex.*conſ.18.Attentis narratis.lib.5.*Dec.*conſ.*
536.& latius *in l.hæredem.ff.de reg.iur.* Iaſ.*in l.ſi cui legetur.§.1.ff.de leg.*
25 1.vide infra *n.*33. † Extende; quia hæres, & defunctus cenſentur
eadem perſona, & eſt eadem cauſa, & ſunt actiones eædem tam
26 actiuę,q̃ paſſiuæ.Ægid.Bell.*conſ.12.n.5.v.& quia hæres.*†Reſtringe,
vt nõ procedat,qñ non vult hæres niti ex perſona defuncti,ſecus
ſi nitatur ex perſona defuncti,vt quia velit vſucapere, præſcribe-
re, & quid ſimile; quia tunc ſibi nocet mala fides defuncti, alias
ſecus.Anch.*d.conſ.244.n.9.v.non obſtat,quod dicitur,quod vitia.*Am-
27 plia; † quia filius petens collationem bonorum ſibi fieri, & non
volens ipſe conferre,repellitur,& idem in hærede ipſius.Anch.*d.
28 conſ.244.n.2.ver.tertio.*†Extende;quia ſi defunctus impetrauit ius
iniquum,fit retorquutio in eum, ita & in hæredem.Anch.*d.conſi.*
29 244.*nu.2.in fi.ver.item ſi defunctus.*† Amplia;quia eligendi facultas,
& redimendi,ſeu reluendi bona competens defuncto, competit
30 hæredi illius.*l.illud,aut illud.ff.de opt.leg.*vbi Bart. † Extende; quia
hæres eiſdem vinculis,& iurib.ligatur, quib. defunctus, *l. non de-
bet.ff.de reg.iur.*Aret.*conſ.36.n.3.& conſ.112.col.2.* Soc.*conſ.83.n.3.lib.*
31 3.† Amplia;quia etiam pœna *l.ſi quis maior*,tranſit in hæredem nõ
ſeruantem,licet reatus periurij in defuncto cauſati ſecus ſit. Vide,
*L.ſi quis maior*, in quib.caſibus habeat locum, vel non.*Concl.* 284.
32 † Amplia propterea illa verba, quæ apponunt Notarij in inſtru-
mentis,dum dicunt,quod Titius per ſe,& hæredes, & ſucceſſo-
res ſuos,vendit;quia inſunt,etiamſi ſimpliciter diceret,quod Ti-
33 tius vendidit.Spec.*tit.de empt.& vend.§.1.n.3.*† Amplia;quia obli-
gatio ſimpliciter facta per Titium,comprehendit, & tranſit etiã
ad hæredes,licet de eis non ſit facta mentio.Alex.*conſ.18. Attentis
34 narratis,nu.14.lib.5.* † Et obligatio de euictione facta pro dato,&
facto Titij tantum comprehendit etiam datum, & factum eorũ,
quib.Titius fuit hæres;quia cenſetur eadem perſona cum eis, &
pariter factum hæredum Titij;quia cenſentur & ipſi eadem per-
35 ſona cum eo.Alex.*d.conſ.18.n.15.*vbi à poſt.declarat.† Limita;quia
ſi quis cedat certum debitorem, qui mortuus eſt,emptor poteſt
agere ad reſtitutionem pretij, etiam ſi extet hæres debitoris de-
functi,niſi venditor probet hæredem æque idoneum fuiſſe tem-
pore ceſſionis,prout erat defunctus.Cuman.*conſi.53.Titius vendi-
dit,per tot.*† Limita;quia perſonalia non tranſeunt ad hæredẽ,ne- 36
que hæres dicitur defunctum repræſentare;ideo conditio reſpi-
ciens perſonam, prout eſt liberatio tutoris, non tranſit ad hære-
dem, neq; impleri poteſt per hæredem conditio perſonã defun-
cti reſpiciens.Fulg.*conſi.102.n.1.ver.ſecunda ratione.*†Extende;quia 37
conditio implenda in perſonã defuncti, nõ poteſt impleri in per-
ſonã hæredis; quia alia perſona defuncti, alia hæredis. Caſt.*conſi.*
63.*in fi.lib.*2. † Limita; quia poſſeſſio hæredis capta de bonis de- 38
functi,non eſt eadem poſſeſſio defuncti.Anch. *conſ.* 127. *Ad dubia
elicita.nu.5.v.ſed ſubtilius,*& eſt tex.*in l.cum hæredes.ff.de acq.poſſ.* Bald.
*in l.de eo.§.ſi quis.ff.ad exhiben.* † Declara; quia non eſt eadẽ poſſeſ- 39
ſio quoad factum, ſed bene eſt eadẽ quoad iuris effectum. Caſtr.
*conſ.439.Ad euidentiã,in pr.lib.*2.vbi, quod in ſubſtantia,& qualita-
te eſt eadem,& *conſ.440.col.2.v.nec obſtat ſi dicatur lib.*1.† Limita in 40
diſpoſitionib.qualificatis;quia cum reſpiciant perſonam qualifi-
catã,prout,quod conſanguineus ſit,vel magiſtratũ habens,nunq̃
exceptio,vel diſpoſitio tranſit ad hæredem nõ qualificatũ.Anch.
*d.conſ.244.n.4.& ſeq.*vbi reddit rationem;quia perempta qualita-
te perimitur diſpoſitio. † Limita ; quia hæres dumdaxat repræ- 41
ſentat perſonam defuncti in iis, quæ actiue, & paſſiue ſunt for-
mata in perſonam defuncti,alias ſecus. Aret.*conſ.123. In cauſa, quæ
vertitur.n.*4.ſequitur Rol.à Vall.*conſ.50.n.8. lib.*2.plene Rim.Iun.
*conſi.303.in fi.n.39.*Vide Concluſionem proximam præced. Vide,
*Hæredes cenſentur nominati in omni diſpoſitione.Concl.*75.

## Hæres præſumitur bona defuncti habuiſſe, & quando. Concl.50.

BONA,† quæ fuerunt penes defunctum, præſumuntur perue- 1
niſſe ad eius hæredẽ vniuerſalem.gl.*in c.ſi Epiſcopum,in ver.red-
dantur,circa med.16.q.6.*late Alciat.*reg.2.præſump.21.n.7.*Aret.*conſi.*
120.vbi ponit hoc ꝓ regula,licet limitet,vt ibi Capr.*conſ.32.n.8.&
conſ.161.in pr.*† Extende,etiamſi agatur de rebus ſubtractis per de- 2
functum;quia hæres illius tenetur ad reſtitutionem;quia præſu-
muntur ad illius manus perueniſſe.gl.*d.c.ſi Epiſcopum.16.q.6.*†Re- 3
ſtringe,vt per Aret.*conſ.120.Procedendo breuiter.* vbi plures allegat,
& *conſ.*31.Alex.*conſ.*82. *lib.*2. quando hæres iuraret non habuiſſe;
quia tunc aſſerens contrariũ debet probare, & ita Ant.de But.&
Abb.*in c.cum ad ſedem,de reſtit.ſpol.*† Reſtringe,ſi non cõſtaret,quæ 4
bona fuerint defuncti; quia ſi hæres dicit plura bona non remã-
ſiſſe in hæreditate,aſſerenti plura incumbit onus probandi.Deci.
*conſ.519.col.fi.l.cum de lege,*& ibi gl.communiter * recepta.*ff.de prob.* *
Bart.Iaſ.& alii *in l.ſi conſtante.q.1.principali.ff. ſolut.matr.* Caſtr.*conſi.*
212.*nu.2.lib.*1. Rom.*conſ.222.in fi. & conſ.276.in fi.*Crauet.*conſ.225.
col.fi.* vbi plurimos allegat.& dicit * communem. Nam alia bona *
non extare ex eo conſtat, quod contrarium non probatur.Caſtr.
*conſ.8.col.fi.ver.& hoc videtur probari.lib.*2.†Reſtringe,quod credita 5
& pecunias;quia antequam exigantur, non præſumuntur perue-
niſſe ad hæredem,neq; hæredis.Ruin.*conſ.97.Circa primũ,n.12.&
ſeq.lib.*5.Alciat.*reg.2.præſumpt.*21.licet dicat,quod præſumãtur per-
ueniſſe;non tamen illico,ſed poteſt, & debet intelligi,poſtq̃ ſunt
exacta, & iura per eum allegata non probant, & contrariũ tenet
Aret.*conſ.120.Procedendo breuiter,*vbi plures allegat tenentes,quod
res,quæ erat penes defunctum,nõ præſumitur perueniſſe ad hæ-
redem,niſi probetur,& idem Aret.*conſ.*31.Alex.*conſ.82.lib.*2. Am-
plia; † quia bona poſſeſſa per filium præſumuntur eidem deue- 6
niſſe ex hæreditate paterna alio non docto.Fulg.*conſ.145.col.2. ver.
pono,ſi aliunde acquiſiuiſſent ipſi, vel eorum parentes, quam ex ſucceſſione
d.teſtatoris, facile acquiſitionem prædiorum probaſſent.*facit tex.*in l.eius,*
vbi Bald.*C.de patr.poteſt.*gl.*in l.cũ oportet, v. & ex eius.*& ibi Bart.*C.de
bon.quæ liber.*Crau.*in rubr.ff.de legat.1.n.*43. vbi, quod filius nõ præ-
ſumitur habere alia bona,q̃ paterna, & qui vult dicere contrariũ
tenetur ꝓbare,& eſt tex.*in c.1.*vbi eſt caſus,*de ſucceſ.frat.in vſib.feud.*

## Hæres adeundo obligatur,& qualiter. Concl.51.

HÆRES † adeundo hæreditatem dicitur quaſi contrahere cũ 1
defuncto; & ideo tenetur ad omnia diſpoſita à defuncto, &
ad debita illius.Fed.de Sen.*conſ.21.Nunquid hæres.n.3.v.vnde defende
te,*vbi,quod ẽt tenetur in foro conſcientiæ,& ꝙ teneatur, eſt tex.
*in auth.de hær.& Falc.§.hinc nobis.v.ſi vero non fecerit.*†Et quod adeũ- 2
do hæres dicatur quaſi contrahere cũ creditoribus, & legatariis,
& iudicium defuncti ratum habere.Caſt.*conſ.259.Omnis difficultas.
in pr.lib.*1.quod eſt Matth.Felicia.de Peruſ.† Et in tantũ hæres ob-
ligatur ſolũ ex aditione, vt anteq̃ adiuerit, nullũ ius habere dica- 3
tur,ſicuti neq; ad aliquid obligatur Dyn.*conſ.28.Thema tale eſt,qui-
dã,in fi.n.6.v.itẽ & ſi erat.*† Extende in tantũ, vt hæreditas p̃ſuma-
tur opulenta,& ſoluẽdo;ideo tenetur de ſuo.Dida.Cou.*in c.ſi hæ- 4
redes.n.9.v.quamobrem,ni fallor,de teſta.*vbi dicit magis* cõmunem. *
Contra-

5 †Contrarium, quod ſi hæres dicat plura bona non adfuiſſe, qñ
confecit inuentariũ, incumbat onus probandi contrariũ dicenti.
*6 Caſt.*conſ.*212.*n.*2.*lib.*1.vbi de *cõmuni.† Declara tamen; quia hæ-
res grauatus reſtituere hæreditatẽ obligatur ex ſua aditione, non
autẽ ex aditione defuncti, cui hæres extitit; quia licet cauſa inci-
piat in aditionẽ grauati, & conſequenter actio cauſalis: actio ta-
men formalis incipit ab aditione vltimi hæredis ipſius grauati.
Bald.*conſ.*407.*In quæſtione n.*8.*ver.tangitur ſecundo.lib.*1.Cuma.*conſ.*
7 30.*col.fi.ver. aduertendũ etiam.* † Et ideo ſi ſecundus hæres adeat cũ
beneficio legis, & inuentarii, non obligatur ex prima aditione
ſimpliciter facta per hæredẽ primũ.Cuma.*d.conſ.*30.*Statuto caue-*
8 *tur, col.fi.ver.aduertendum etiam.* † Amplia; quia hæres, cui debetur
feudũ, vel emphyteuſis ex ſtipulatu, ſi adeat ſimpliciter, & teſta-
tor mandauit feudũ prædictum reſtitui Eccleſiæ, non poteſt cõ-
trauenire, ſed tenetur ad obſeruantiã eorum, quæ iuſſit teſtator.
Alex.*conſ.*10.*Ponderatis, n.*10.*ver.imo etiã, lib.*3.† Amplia; quia hæres
9 vniuerſalis in tantũ obligatur, ꝙ ipſe ſolus tenetur ad debita de-
functi, non autẽ hæres in re particulari, qui habetur loco legata-
10 rii.Bald. *conſ.*126. *Si teſtator, lib.*3. † Extende; quia hæres pro certa
quota, puta tertia, & quarta, obligatur ẽt ad debita, & onera hæ-
reditaria pro quota; habens v. rem particularem non obligatur.
11 Caſt.*conſ.*412.*Viſo facto, in fi.ver.quantum ad vltimũ, lib.*1. † Declara,
quia ſi hæreditas non eſſet ſoluendo, bene tenentur legatarii ſol-
uere, & conſequenter hæredes particulares, & in re certa inſtitu-
ti.Bald. *d.conſ.*126.*lib.*3. quod ego intelligo, qñ hæres adiuit cum
beneficio inuentarii, & non alias, licet Bald.ſimpliciter loquatur.
12 † Extende; quia is, qui adiuit hæreditatẽ, tenetur ſimpliciter ad
omnia onera, nec præſumitur hæres pro parte, niſi doceat de co-
hærede.Bald.*conſ.*168.*Allegationes hinc inde, poſt med.v.ſeries aũt facti.*
13 *lib.*4.† Amplia; quia tenetur ad integra legata, quæ non minuun-
tur prætextu æris alieni, ſi nõ confecit inuentariũ. Bald. *conſ.*143.
14 *In cauſa, quæ vertitur.n.*5.*v.quarto præmitto, lib.*5.† Amplia; quia filia
obligatur ex aditione facta per patrẽ de hæreditate materna filię;
ideo ſi ſciuit patrẽ adiuiſſe, & paſſa eſt, obligatur. Angel.*conſ.* 318.
15 *Mater inteſtata, in prin.* † Reſtringe; quia hoc non procedit, ſi extat
ſtatutum, ꝙ filia nupta non poſſit adire ſine conſenſu mariti; quia
ſi pater adiuit, poſtq̃ nupta iam erat, nõ obligatur filia, etiamſi per
longũ tempus ſciuit, & patrem adire paſſa eſt. Ang.*d.conſ.*318.*in pr.*
16 † Declara tamen; quia ſi tam filia, quã maritus ſciuiſſent, & paſſi
fuiſſent patrẽ adire, & lapſum eſſet longũ tempus 10. vel 20. an-
norũ, præſumitur aditio ſolemnis, & præceſſiſſe, ſeu interueniſ-
ſe ſolemnitatẽ. Ang. pro vtraq; parte allegat *d.conſ.*318.*n.*3.*vſque in*
*fi.*vbi in fi.videtur imo velle contrariũ, ex quo præſumptio ad fa-
uorem filiæ ꝓcederet, ſed non in odium, & non audet reſoluere.
17 † Amplia in tantũ obligari hæredẽ ex aditione ſimpliciter facta,
vt ſi debeat deducere legitimã, vel Trebellianicã, & eſſet debitor
defuncti, teneatur compenſare ſuam detractionem. Signor.*conſi.*
18 66.*n.*6.*v.in reſiduo vero.* † Amplia ẽt in hæreditate adita per inter-
pretationẽ iuris; Nam ſi pater habet quatuor filios, & moriatur
ſuperſtitib. quatuor filiis, & ante aditam hæreditatem vnus ex eis
ære alieno grauatus moriatur, ſi alii tres adeant totam hæredita-
tem, licet de fratre non faciant mentionẽ, cenſentur adiuiſſe hæ-
reditatem fraternã; quia cum filius tranſmiſerit ſuam quartam,
non potuerunt hæredes tres totã adire, qñ acceptarnnt quartam
19 fratris. Fulg.*conſ.*50.*Quidã Ramondinus.n.*3.*v.ſuper eo vero.*† Declara,
ſi fatentur ſciuiſſe, ꝙ quarta ſpectaret ad fratrem prædefunctum,
& totam adiuerint, procedit ampliatio; ſi v. crediderunt, eo quod
non eſt adita per fratrẽ, ſibi accreuiſſe, excuſantur iuſto errore, &
eis eſt credendũ; quia licet de iure, & veriori opinione credulitas
iſta non ſit vera; eſt tamen probabilis, & error in iure excuſat, qñ
eſt in iure diſputatio, & controuerſia. Fulg.*d.conſ.*50.*n.*3.*vſque in fi.*
20 † Amplia; quia fideicõmiſſarius ſi adeat hæreditatẽ grauati reſti-
tuere ſimpliciter, & grauatus donauerit bona fideicõmiſſaria, te-
netur obſeruare, ex quo adiuit, & ideo remanet obligatus. Rom.
*conſ.*18.*Viſo facto, circa fi.n.*4.vbi apoſt.*in verb.habere.*dat plures con-
21 cor.† Amplia; quia teſtator poteſt legare rem hæredis, vel graua-
re hæredẽ, vt de ſuo aliquid ſoluat, vel tradat, & adeundo obliga-
* tur. Alex. *conſ.*12.*n.*31.*lib.*3. vbi de *cõmuni, Pariſ.*conſ.*81.*n.*9.*lib.*2.
22 Cephal.*conſ.*188.*n.*25. † Extende ẽt in legitima debita filio hære-
di; quia licet non poſſit imponi onus, tamen qñ expreſſe imponi-
tur, & filius approbat teſtamentũ per omnia, obligatur ad onus.
☞ Ruin. plene *conſ.*56.*nu.*12.*lib.*2. Vide, *Legitima filiorũ, & aliorum non*
23 *recipit grauamen, & quando ſecus.Concl.*187. † Limita; quia licet hæ-
res ſimpliciter adeundo obligetur ad debita defuncti; non tamẽ
cõpetit hypotheca contra bona hæredis, quæ cõpetebat contra
bona defuncti. Cuman.*conſ.*58. *Quæritur, an bona,* vbi loquitur de
hypotheca cõpetente pupillo in bonis tutoris, & de competente
legatariis. Fulg.*conſ.*178.*Titius dum ageret, in fi.* Neguſ.*de pigno.in ſe-*
*cundo memb.*2.*partis.n.*157. Alex.*conſ.*208.*col.*3. *in princ.lib.*2.*& conſi.*
74.*lib.*5.Bald.*conſ.*195.*lib.*1.Caſtr.*conſ.*323.*col.*2.*ver.præterea bona hæ-*
*redis, lib.*1.*& conſ.*168.*col.*2.*ver.ſed reſpondeo, lib.*2. Alexan.*conſ.*74.*Viſo*
*titulo.n.*5.*&* 6. *ver.quia licet, lib.*5.† Extende, vt procedat ẽt reſpectu 24
bonorum acquiſitorum per hæredem tutoris; quia non ſunt ta-
cite hypothecata pupillo pro adminiſtratione, ẽtſi ſint empta ex
fructibus nõ naturalib. hęreditatis defuncti. Cuma.*d.conſ.*58.*circa*
*med.v.etiam ſi iſta bona.*† Extende, vt procedat, ẽt ſi poſt aditionem 25
hæres ex pecunia hæreditaria emat bona; quia non erunt hypo-
thecata. Alexan.*conſ.*74.*Viſo, n.*6.*lib.*5. † Extende; quia licet hæres 26
ſimpliciter adeundo cenſeatur ſe obligare ad legata facta per de-
functum; non tamen habent legatarii hypothecata bona hære-
dis, *l.*1.& ibi Doct. *C.commun.de legat.* † Extende; quia neq; bona 27
hæredis ſunt hypothecata creditoribus defuncti, ſicuti erant bo-
na defuncti. *l.Paulus.*§.1.*ff.de pign.* Caſtr.*conſ.*323.*Viſo puncto.§.præ-*
*terea bona hæredis.lib.*1. Alexan.*d.conſ.*74.*n.*5.*&* 6.*lib.*5.† Extende, vt 28
procedat, etiam ſi bona erant à defuncto patre poſſeſſa, & filius
hæres fecerit illa ſua ex præſcriptione 10. vel 20. annorum cum ti-
tulo pro hærede, vel ex p̃ſcriptione longiſſimi temporis; quia ad-
huc ſi non erant in bonis defuncti, non ſunt hypothecata. Caſtr.
*conſ.*168.*Viſo puncto.nu.*2.*lib.*2. † Extende; quia ſi concurrat mater 29
defuncti, & vxor defuncti pro dotibus earum in bonis mobilib.
defuncti filii, & mariti, ſi non docet mater, quod mobilia fuerint
patris filii, præfertur vxor filii, licet ſit poſterior; tum quia bona
filii quantumcunq; hæredis patris non ſunt hypothecata pro de-
bitis patris.*d.l.Paulus, in pr.ff.de pignorib.* vbi Bart. & Bald. tum quia
præſumuntur filii; & quia in eius domo reperta ſunt, gl. & Doct.
*in l.ob maritorum. C. ne vxor pro marito.* Vide, *Dos habet tacitam hypo-* ☞
*thecam, quæ præfertur aleri tacitæ hypothecæ.Concl.*745.† Extende etiã
in legatario grauato plus petere nõ poſſe; quia acceptando lega- 30
tum videtur ſe obligare non petere, de quo videas plene Dec.
*conſ.*425.*In caſu propoſito, in pen.& fin.col. ver. tertio principaliter quæri-*
*tur.* Vide, *Legatum pro omni eo, & toto ſi acceptetur, non poteſt legatarius* ☞
*contrauenire, & quando ſecus.Concl.*73.† Extende in cauſa dotis; quia
bona defuncti licet ſint obligata in cauſam dotis genero pro dote 31
filiæ; non tamen bona filiorũ hæredum etiam empta ex pecuniis,
& rebus hæreditariis erunt hypothecata. Alex.*d.conſ.*74.*n.*4.*&* 5.
*v.quia licet bona patris.lib.*5.† Extende fortius in caſu notabili, pater
habens filios plures dedit vxorẽ vni, ſe obligauit, & hypotheca- 32
uit omnia bona ſua in caſu dotis reſtituendæ, moritur pater, alii
filii hæredes conueniuntur hypothecaria ex obligatione patris,
dicit Alex.*d.conſ.*74.*n.*7.*ver.plus dico.lib.*5. quod non poteſt agere
hypothecaria, neq; ex ſtipulatu, ſed actione familiæ herciſcundæ;
quia iſta reſtitutio facienda filio cõſtante matrimonio nõ eſt illa,
quæ fuit ſtipulata pro dote reſtituẽda, quæ intelligitur ſoluto ma-
trimonio.† Reſtringe, quãdo teſtator inſtituiſſet plures hæredes, 33
puta quatuor cum onere duob. iniuncto, ꝙ tenerentur ſoluere a-
liis duob. de ſuo ſcuta 200. ꝗa cũ adiuerint ex teſtamẽto, de quo
notitiã habuerunt, videntur ſe obligaſſe ad ſoluendum diſpoſita
in teſtamento. Caſtr.*d.conſ.*323.*col.*3.*v.quia vbi.lib.*1.Soc.ſen.*conſi.*4.
*col.*1.*n.*3.*vol.*4.Soc.Iun.*conſ.*79.*n.*32.*& conſ.* 72.*n.*26.*lib.*3. Nam hæ-
res adeũdo quaſi contrahit, & tenetur ex quaſi cõtractu ad diſpo-
ſita in teſtamento *l.apud Iulianum.§.fin.ff.quibus ex cauſis in poſſ.eatur.*
Soc.*d.conſi.*4.*col.fin. lib.*4. & ex hoc quaſi contractu bona hæredis
dicũtur obligata.† Imo ꝙ defunctus poſſit expreſſe obligare bo- 34
na hæredis, & per aditionẽ hypotheca ſortiatur effectum eo caſu,
quando obligauit ſpecifice bona hæredis. Alex.*in l.ſi hæredis ſeruus.*
*ff.de leg.*1.† Bene verũ eſt, quod ſequuta aditione valet à die aditio- 35
nis tantum, qñ agitur de præiudicio tertii. Bar. in *l.rem alienam poſt*
*prin.ff.de pign.act.*† Declara reſtrictionem, quod licet teſtator poſ- 36
ſit obligare bona propria hæredis, vt per Neguſ.*de pign.in* 2.*memb.*
2.*par.n.*55. Alex.*conſ.*133.*n.*4.*lib.*2. tamen intelligitur quoad bona
tunc poſſeſſa per hæredẽ, adeo quod acquiſita poſt mortẽ hęredis
non ſint hypothecata.*d.l.Paulus reſpondit.ff.de pign.*† Declara; quia 37
licet nõ ſint hypothecata bona hæredis propria; tamen ex quo i-
pſe eſt obligatus in perſonali, datur miſſio in poſſeſſionẽ bonorũ
hæredis, ſi non ſoluit. *l.certum. C. vt in poſſeſſ.legat.* quæ tenuta non
poteſt extendi ad bona iã alienata, niſi hæres ſibi reſeruaſſet do-
miniũ pro rata pretii non ſoluti, quo caſu poteſt cõfirmari tenuta
in dictis bonis pro illa rata. † Reſtringe in caſu ſpeciali, qñ defe- 38
ctu tutoris periit inſtantia cauſæ pupilli; quia obligantur pro dã-
no nedũ bona tutoris, ſed ẽt hæredis. Cuma. *d.conſ.*58. per text. in
*l.properandum, in fi.C.de iud.*† Reſtringe, & extende, vt *in ver. Dos ha-* 39
*bet tacitã hypothecam.Concl.*743.*n.*73.*& ſeq.v.limita, quia vxor.*† Li- 40
mita in caſu ſingulari, in quo hęres adeũdo ſimpliciter nõ obliga-
tur vltra vires hæreditarias, veluti ſi legatur vſusfructꝰ partis bo-
norum,

norum, puta medietatis; nam intelligitur, deducto ære alieno, &
ſic non poteſt legatarius prætendere aliquid ab hærede vltra de-
ductioné æris alieni, vt habeat medietatem vſusfructus reſidui.
Cuma.*conſ.30.n.4.ver.cica ſecundum, vſque in fi.* † Limita; quia ſi fi-
41 deicõmiſſarius inſtituatur hæres à grauato in medietate bonorũ
ſtabilium, ac in bonis mobilibus, & actionib. teſtatoris alio co-
hærede dato in alia medietate ſtabilium, & teſtator iubet hæredes
intra menſem approbare teſtamentũ, non cenſetur renunciaſſe
fideicommiſſo per approbationem talis teſtamenti. Cuma. *conſi.
109.Teſtator inſtituit, ver.ad ſecundum, vſque in fi.* ideo poterit dedu-
cere fideicommiſſum, vt ibi tenet; quia ex quo debetur poſt mor-
tem grauati, & teſtamentum ſit de bonis propriis, in alio nõ gra-
uatur hæres, niſi quia perdit Trebellianicam. Vide, *Hæres non po-
teſt venire contra factum defuncti, & quando ſecus.* *Concl.53.* † Limita in
42 hærede, qui ſimpliciter fecit actum inducentem aditionem; quia
ſi poſtea intra tempus legitimum conficiat inuentarium, gaude-
bit beneficio inuentarii. Paul. de Caſt.*conſ.275.Punctus, de quo quæ-
ritur.lib.1.per tot.* † Declara; quia non procedit limitatio, quando
43 expreſſe via directa adiuiſſet ſimpliciter cũ aſſertione, quod erat
certus de virib. hæreditatis lucroſæ; quia tunc confectio inuen-
tarii poſterior non prodeſſet. Caſtr.*d.conſ.275.per tot.lib.1.* † Con-
44 trarium tenet Io. de Im.*conſ.99.n.2.v.ſecundum dubium,* quod licet
tutor adeat non cõfecto inuentario, ſi conficiat poſt, non vitiatur
decretũ tutelæ, imo valet, & dicit maxime procedere pro pupil-
lo; quia non eſt neceſſe, quod inuentariũ fiat in actu aditionis, ſi
fiat poſt, nõ longo tẽpore, ſed incontinenti. † Limita; quia aditio
45 ficta, quæ fit ex præambulo neceſſario, licet faciat hæredem adi-
uiſſe; non tamen obligat eũ creditorib. & legatariis, veluti quãdo
hæres, anteq̃ adeat, renunciat hæreditatem alteri, vel quietat ali-
quẽ; quia cum renunciatio p̃ſupponat habitũ, includit fictã adi-
tioné. Caſt.*conſ.252.col.pen.ver.præterea dicit ipſe.li.1.* Vide, *Aditio hæ-
reditatis quẽ effectum habeat, & operetur.* *Concl.187.* Vide, *Hæres adeun-
do ſimpliciter confundit ſuas actiones.* *Concl.prox.ſeq.* Vide, *Hæres cum be-
neficio legis, & inuẽtarij nõ obligatur vltra vires, & quãdo ſecus.* *Concl.59.*

## Hæres adeundo ſimpliciter confundit ſuas actiones, & quando ſecus, Concl.52.

1 HÆRES † creditor teſtatoris ſimpliciter adeundo extinguit, &
ſuas actiones perſonales confundit cũ hæreditate defuncti;
quia non poteſt eſſe ſibi debitor, & creditor, *l.debitor.ff.ad Trebell.*
Bald.*conſ.415.Quod domina, lib.5.l.debitori.C.de p act.* gloſſ. ibi magri-
ſtralis, & melior in toto iure ſecundum Ang. ibi, & Alex. & Iaſ. &
ponit pro regula cum ſuis ampliat. & limit. Neguſ. *de pignor. in 1.
memb.quintæ part.* Caſt.*conſ.186.Dubium facit, in pr.lib.2.* Alex. *conſil.
2 149.Viſo proceſſu.n.3. v. vnde videmus.lib.2.* † Extende; quia confuſio
nedum extinguit actionem perſonalem, ſed ẽt hypothecariam. *l.
cũ liberatur.§.1.ff.quib. mod.pign. vel hypoth.ſoluitur.* quia tali caſu fin-
gitur, quod hæres ſibi ſoluerit, vt dicit tex. *in l.Stichum.§.ſi creditor.
ff.de ſolut.* Caſtr. *in l.in omnib.in fi.ff.eod.* vbi bonus tex. quod quando
principalis obligatio tollitur, tolluntur ẽt acceſſoriæ tam perſo-
nales, q̃ reales, & ſic liberantur fideiuſſores, hypothecæ, & pigno-
ra, vt ibi dicitur, & vide late per Neguſ. *de pignor. in 5.par.in 1.memb.
v.tertius caſus, & ver.in hac tamen materia,* & vide Caſtr. *conſ.19.lib.2.
& conſ.186.eod.lib.* Soc.*conſ.84.in fi.lib.4.* Vide, *Hypotheca dicitur ac-
3 ceſſoria ad perſonalem, & qualiter.* *Concluſ.113.* † Ratio manifeſta eſt;
quia quis non poteſt eſſe creditor ſui ipſius; quia actio, & paſſio
in eodem ſubiecto non concurrunt. Bald. *in l.ſi vxor, in pr. in 2.not.
C.de bon.auth.iud.poſſid.* & inter debitorem, & creditoré debet eſſe
diſtinctio perſonarum. *l.1.ff.de ſtipul.ſeruor.c.ſi.extra, de inſt.* Alex.*d.
conſ.149.n.3.& ſeq.lib.2.* vbi, ꝙ propterea iſto caſu fit compenſatio
4 ipſo iure. † Alia eſt ratio; quia ipſemet creditor adeundo ſibi ipſi
videtur ſatisfeciſſe, *d.l.debitori.C.de pact.l.Stichũ.§. aditio.ff.de ſolut.l.
5 1.§.ſi debitor.ff.ad l.Falc.* Bart. & Caſtr. *in l.Vranius.ff.de fideiuſſ.* † Item;
quia ſucceſſio habet vim ſolutionis. Caſtr.*conſ.120.Notandum.n.3.
6 lib.2.* † Declara; quia quando creditor ſuccedit vni ex duob. cor-
reis debendi; tunc non poteſt militare ratio, quod aditio habeat
vim ſolutionis; ſed tamen confuſionis; quia perſona tantum eius,
cui ſucceditur, & eius hæreditas eximitur ab obligatione, & alter
correus remanet obligatus. *dict.l.Vranius.§.ſed cum duo.ff. de fideiuſſ.*
7 Afflict.*dec.237.* poſt Caſt.*d.conſ.120. Notandũ.lib.2.* † Extende; quia
allegans ſe hæredem pro parte, & habere cohæredem, debet pro-
bare; quia præſumitur in ſolidũ hæres. Bald. *conſ.168. Allegationes
8 hinc inde, poſt med.ver.ſeries autem.lib.4.* † Reſtringe, quando hæres
coacte adiuit; quia non extinguitur naturalis actio; & ideo poteſt
retinere ex obligatione naturali bona hæreditatis tanquam cre-
9 ditor. Bar. *in d.l.debitor.ff.ad Treb.* † Amplia; quia extinguitur etiã
hypotheca dotalis, quando adeſſent alii creditores; quia ſi mulier
ſimpliciter adeat hæreditatem mariti, confunditur actio ſuæ hy-
pothecæ; quia per aditioné fingitur ſatisfacta; ideo in concurſu
cum aliis creditorib. nihil poterit deducere hæres. Cuma.*conſ.37.
n.3.v.ad tertium, in fi.l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.d.l.Vranius.§. hæres
à debitore.§.quod ſi ſtipulatur.ff.de fideiuſſ.* vbi, quod quis non poteſt
eſſe ſibi debitor, & creditor. Neguſ.*de pignor.in 1.memb.5.par.in vlt.
charta.ver.quintus caſus.* Vide ſupra *n.2.* & infra *n.38.& ſeq.* vbi decla-
ratur. † Contrarium in hypotheca, quod non confundatur, tenet
Rol. à Val.*conſ.65.n.13.lib.2.l.debitor.ff.ad Treb.* Roman.*conſ.276.Vis, 10
in prin.* qui loquitur in vxore hærede. Capr.*conſ.53.* & hanc* com- *
munem tenet Grat.*conſ.63.Viſis, n.14. & conſ.86. Commendabilis, n.
24.lib.2.* quos citat apoſt. ad Rom.*d.conſ.276.in pr.ver.quod non,* ſed
intellige contrarium quando eſt grauatus reſtituere, prout Ro-
manus loquitur, & infra *n.38.ver.limita quia.* † Declara; quia actio-
nes confunduntur pro rata; ideo ſi quis eſt hæres pro tertia, vel 11
medietate, confuſio actionum fit pro eadem rata, & non vltra.
Bald.*conſ.145.Punctus quæſtionis.nu.2.ver.ſuper ſecundo.lib.4.l.fin.§.in
computatione. C.de iur.deliber.* † Declara; quia Florentiæ procedit
ampliatio, ſtante ſtatuto, *de hæred. & hæred.debitoris conu.rubr.29.lib.* 12
2. vbi hæres tenetur ſoluere debita, & legata, & non poteſt quo-
quo iure ſe, & bona defendere, & ſtatuto *de præcept.de diſgumb.rub.
58.poſt prin. v.hoc tamen non poſſit.* vbi denegat remedia conceſſa in-
gumbranti, vt non cõpetant debitori, neq; hæredi, & ita fuit iu-
dicatum per binas ſententias conformes reſeruatis mulieri iuri-
bus in petitorio; & facit ẽt, quia ex forma ſtatuti Florẽtiæ mulier
poteſt capi pro debitis, & legatis defuncti. † Ratio eſt; quia pro
ea parte, pro qua eſt hæres, hypotheca extinguitur. *l.ex ſextante.§.* 13
*Latinus.ff.de except.rei iud.l.neq; pignus.ff.de reg.iur.* pro parte vero, pro
qua non eſt hæres, reputatur extraneus. *l.2.§.ſi.ff.de præt.ſtipul.* Am-
plia; † quia licet vxor poſſit agere contra emptores bonorum do-
talium venditorum à marito poſt morté mariti; tamen ſi mulier 14
extitit hæres marito, alienatio cõualidatur ex iure ſuperuenienti.
Bald.*conſ.185.Res alienatæ, lib.4.* † Amplia, vt procedat ẽt in hærede
inſtituto ad certũ tempus, prout in vxore inſtituta, donec vitam 15
vidualem ſeruauerit; quia adeundo ſimpliciter confundit ſuas a-
ctiones. Bald.*conſ.415.lib.5.* † Amplia, vt procedat ẽt in hærede pro
certa quota, puta pro tertia; quia confundit actiones ſuas pro ea- 16
dem tertia, vel quota, licet quoad alios cohæredes ſecus ſit. Ang.
*conſ.209.Petrus de Saona, poſt med. v.ſi autẽ hoc non conſtat.* Rom.*conſ.
28.Viſa facti, circa fi.* vbi apoſt. *in ver.hæres.* dat alios concor. † Exten-
de; quia confuſio fit in totũ, ſi eſt hæres in totum, ſi ꝑ parte, con- 17
fuſio fit pro parte. *l.licet.C.ad l.Falc.l.ſi vxor.* vbi Bald. *& in l.ſi adulta.
C.de hær.act.* Alex. & Iaſ. *in l.debitori.C.de pact.* plene Neguſ. qui ponit
regulam cum ampliat. & limit. *de pign. in 1. membr.5.par.* † Amplia;
quia per aditionem hæreditas deſinit eſſe hæreditas paterna, vel 18
materna, & efficitur proprium patrimonium filii adeuntis. Rom.
*conſ.40.in pr.* vbi apoſt. † Amplia; quia filius, qui eſt hæres matris,
ſi adeat hæreditaté patris debitoris hæreditatis maternæ, dicitur 19
confundere iſtas actiones, & hæreditates in tantũ, quod amplius
non poſſit hæreditas materna adiri. *l. debitori.C. de pact.* † Amplia;
quia ſi debitor ſuccedat creditori, inducitur quædã ficta ſolutio, 20
quæ habet vim veræ ſolutionis, qñ hæreditas deuenit ad debi-
toré irreuocabiliter; ſecus ſi reuocabiliter. Caſtr. *in l.debitor.ff.ad
Treb.* Afflict.*dec.237.Nobiles Capitanei.n.5.* & eſt ratio; quia qñ quis
eſt debitor, & creditor ſui ipſius, dicitur confuſa actio, & non põt
agere. *d.l.debitori.C.de pact.* vbi Dec. in prin. dicit, quod habet locũ
d. confuſio nédum in hęrede, & fideicõmiſſario, ſed in omni alio,
in quẽ tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ. † Contrarium in fi-
deicõmiſſo vniuerſali; quia licet confundant actiones non con- 21
fecto inuentario; tamen deducit ſua credita. *l.cũ hæreditas ex fidei-
com.§.ita tamen.ff.ad Treb.l.2.§.cũ quis.ff.de hær.vel act.ven.* Caſt. *in l.ab
omnib.ff.de leg.1.§.ſi.* † Vide infra *n.63. & multis ſeqq.* vbi declaratur.
† Extende; quia ſi ſunt duo rei debendi in ſolidũ obligati, & vnus 22
ex debitorib. ſuccedat creditori, quoad ipſum dicitur confuſa a- 23
ctio, *l.deducta, in pr.ff.ad Treb.in pr.* Non † tamen alii obligati libe-
rantur per talẽ confuſioné. *l.Vranius.* vbi Bar. & Caſtr. *ff. de fideiuſſ.* 24
† Declara; quia qñ vnus ſolus eſt debitor, & ſuccedit creditori,
ſucceſſio habem vim ſolutionis; ſecus quando ſunt plures debi- 25
tores, & vnus ſolus ſuccedat, ita Io. de Im. *d.l.Vranius.ff.de fideiuſſ.*
† Limita in hærede pro certa quota; quia licet quoad ſuam quo-
tam confundat actiones pro quota; tamẽ ſecus eſt quoad quotas 26
aliorum cohęredũ, Ang.*conſ.209.circa fi.ver.ſed pro aliis partib.* Bald.
*conſ.145.n.2.lib.4.* Crauet.*conſ.131.Ad primum.n.6.& 7.l.ſi vxor. C.de
bon.auth.iud.poſſ. & l.licet.C.ad l.Falc.* Alex.*conſ.12.ad fi.lib.7.* Iaſ.*d.l.ſi
debitori.C.de pact.* vbi poſt Alex. ibi ampliat, & limitat reg. Neguſ.*de
pign.in 1.mẽb.5.part.* Corn.*conſ.92.Licet in hac conſultatione, in fi.lib.4.*
Caſtr. plene *conſ.19. Vltra ea, in pr.lib.2.* vbi, ꝙ pro tanta rata extin-
guitur

guitur ius agendi, pro quota eſt hæres, & plenius *conſ.120. Notandum, n.2. & ſeq. lib.2. per tot.* vbi reſpondet ad omnia contraria, quæ poſſent obſtare de non confecto inuentario, & de aliis exceptionibus. Vide, *Hæredes duo non obligantur in ſolidum, ſed pro rata. Concl.* 72. † Extende, ſeu declara; quia licet hæres pro rata extinguat a-
27 ctionem ſui crediti pro rata; tamen in caſu reſtitutionis ex fideicõmiſſo poterit filia excluſa à ſtatuto per maſculũ, quæ debet dotari, ſi ſucceſſit fratri debitori in medietate, retinere medietatẽ ſuæ dotis in caſu reſtitutionis ex fideicõmiſſo, nec cõpenſat fructus bona fide perceptos, & conſumptos; ſecus ſi extarent, & poſſunt agere hæredes mulieris contra cohæredẽ pro alia medietate. Caſtr. *d. conſ.19. n.2. & 3. lib.2.* † Imo poterunt hæredes mulieris
28 retinere totam dotẽ in medietate mulieris, ſi reſtitutio eſſet facta de alia medietate vltimo ſubſtitutos, Caſtr. *d. conſ.19. n.3. v. quinto loco. lib.2.* † Extende; quia cohæres pro medietate deducet dotes
29 maternas contra aliũ cohæredem pro dimidia, & paria ſunt, vel deducere totã dotem ex hæreditate, & reſiduũ diuidere, vel totã hæreditatẽ abſq; deductione diuidere, & poſtea medietatẽ à cohærede repetere. Caſtr. *d. conſ.120. n.3. & per tot. lib.2.* † Extende, vt
30 procedat etiã in hypotheca. *l.1. §. fi. C. commun. de leg.* Bart. *in l. legatorum. in pr. ff. de leg.2.* & ideo quilibet hæres poteſt agere hypothecaria ad conſequendũ illud, quod ſibi debetur, & ꝙ non eſt confuſum contra quemlibet poſſeſſorẽ. *l.1.* vbi gl. & Doct. *C. de hæred. actio.* Neguſ. *de pignor. in 1. memb. quintæ partis.* vbi ponit regulã cum ampliat. & limitat. † Limita, niſi hæres poſſet vendicare aliqua
31 bona defuncti; quia non confunditur rei vendicatio. Dec. *in l. debitori. C. de pact. nu.7.* † Limita; quia deducuntur dotes filiæ vnius
32 ex ſociis, quando dotata fuit de cõmuni duorum fratrũ ſociorũ; quia hæres fratris ſocii petit ab hęrede alterius, cuius filia eſt dotata, etiamſi filia dotata mortua reliquerit hæredes ipſos ſocios; quia nõ petitur tanq̃ creditor filiæ dotatæ, ſed tanquã hæres ſocii creditoris. Alex. *conſ.133. Venio ad primum. n.2. ver. nec huic deciſ. lib.2.* † Limita idẽ eſſe in hypotheca, quæ cõpetit hæredi; quia non cõ-
33 funditur, ſicuti neq; fideicommiſſum. Rol. à Vall. *conſi.65. n.13. lib.2.* & eſt magis com.* opinio, vt atteſtatur Cephal. *conſ.393. nu.155.*
* facit tex. *in l. ſi extante. §. Latinus. ff. de except. rei iud. l. eleganter, in pr. ff. de pign. act.* Bald. *conſ.122. Quidã.* Alex. *lib.1.* Neguſ. *de pigno. in 1. memb. 5. part. n.49. & ſeq.* † Declara plene, vt per Cephal. *conſ.393. n.154. &*
34 *multis ſeqq. ver. neq; reſiſtit,* vbi ponit quinq; caſus, & in tacita hypotheca dicit confundi per aditionẽ, in expreſſa vero dicit non cõfundi, quin detur retentio; item quin detur etiam actio, quando non venit contra factũ defuncti; ſecus ſi veniret contra factum defuncti. † Declara, vt plene per Neguſ. *de pigno. in 3. memb. quintæ*
35 *part. n.49. & ſeq.* vbi, quod hypotheca non confunditur, & dicit
* communẽ; * ſed tamen in concurſu cũ alio eſt ſine effectu; quia tenetur hæres ad debita defuncti, & ſolũ habet effectũ retinendi, ac tuendi ſe ab alio, qui nõ habet cauſam à debitore; ideo facit quinq; caſus, in quib. operatur, & non operatur, vide eũ omnino; quia pleniſſime diſputat. † Declara, vt per Menoc. *conſ.89. n.153.*
36 *& ſeq.* quia ſi eſt hæres directus, & confunditur hypotheca; ſecus eſt, ſi fideicõmiſſarius eſt hæres. † Limita in hærede; qui adiuit
37 cũ beneficio legis, & inuentarii; quia conſeruat omnes ſuas actiones, quas habet tanq̃ creditor. *l. fi. C. de iur. delib.* Ang. *conſ.209. circa fi. ver. illud tamen, quod dixi.* Caſtr. *conſ.392. Pro euidentia, in prin. lib.2.* Rom. *conſ.28. in fi.* vbi apoſtil. fin. *in ver. confuſa eſt, & conſ.276. Viſis dubiis. n.2. ver. quoad ſecundũ.* Vide, *Hæres cum beneficio legis, & inuentarii non obligatur vltra vires hæreditarias. Concl.59.* † Extende, vt pro-
38 cedat limitatio etiã in terris Eccleſiæ, ſi fecit hæres inuentariũ de iure Canonico, quando hæres eſt per fictionẽ. Bald. *conſ.145. n.4. ver. ſuper quarto. lib.4.* Limita; quia licet cõfundantur actiones hæredis per aditionẽ; tamen ſi hæreditas debet reſtitui ex fideicommiſſo, tunc actiones durant. Cuman. *conſ.37. Quidã legauit. n.3. ver. ad tertium,* vbi, quod eo caſu durat hypothecaria, & mulier hæres grauata fideicõmiſſo deducit dotem ſuã, & idẽ tenet Bald. *conſi.415. Quod domina Conteſina. lib.5.* vbi, ꝙ hoc ideo eſt in fideicõmiſſo; quia intelligitur deducto ære alieno, & vide rationẽ plene diſcuſſam per Caſt. *conſ.186. Dubiũ facit. lib.2. in pr.* vbi idẽ in proprio credito hæredis grauati, vel in ſolutione facta pro ære alieno, vel in expenſa funeris, pro quib. etiam Rom. *conſ.276. in 7. dubio.* Alex. *conſ.124. Viſo proceſſu, in fi. lib.7.* Afflict. *dec.237.* vbi plene Ang. *conſi.31. Viſo laudo. nu.4. & ſeq.* & plenius Crauet. qui plures allegat *conſi.*
* 144. *n.5.* & communem* dicit Caſtr. *conſ.19. in prin.* vbi, quod non perdit ius retinendi, ꝙ ſibi debetur. idem Caſtr. *conſ.77. & conſil. 188. col.2. ver. ſuper ſecundo. lib.2.* Alex. *conſ.67. lib.4.* Caſtr. *d. conſi.19. in pr. ver. ſecundo quæritur. lib.2.* vbi vide concord. quod licet perdat actionem pro rata, pro qua eſt hæres; non tamen perdit retentionem. Crau. *conſ.144. n.5.* Marzar. *conſ.25. n.3. & 4.* vbi, quod ita fuit Florentiæ iudicatum, & vide ſupra *n.9. & ſeq.* Vide, *Æs alienũ debet ſemper deduci, & qualiter. Concl.333.* Vide, *Fideicommiſſum intelligitur deducto ære alieno. Concl.276.* † Extende etiam; quia pro ſimplici de-
bito in perſonali contra fideicõmittentem datur retentio hęredi 39
fideicommiſſario vniuerſali, quantumcunq; dici poſſit confuſa actio; quia excludit agentẽ, non retinentem, & excipientem. Bar. *in l. debitor, in fi. ff. ad Treb.* vbi etiam Caſtren. & alii. Alex. *in l. ita tamen. §. ex Trebelliano. ff. ad Treb.* Bald. *conſ.421. Quod domina Conteſſina, lib.5.* Soc. *conſ.44. Non eſt parua difficultas, per tot. lib.3.* † Extẽde; quia 41
non cõpenſat fructus perceptos medio tempore, pendente conditione, in extinctionem crediti, niſi teſtator expreſſe vel tacite hoc mandaſſet, puta rogando, quod bona ẽt hęredis reſtituantur, ita Bar. *in l. cum pater, §. Titio. ff. de leg.2. ver. oppono,* quod etiam fructus *hæreditatis,* & ibi Alberic. & Cuman. Ang. *in l. quod de bonis. §. quod auus,* vbi Alex. *ff. ad l. Falc.* Ruin. *conſ.112. Super primo, ad fi. li.2.* & clarius *conſ.115. Dubium, quod proponitur, col. fi. n.13. eod. lib.2.* & hanc tenet gl. *in l. mulier cum proponeretur. ff. ad Treb.* cum qua Bar. & alii, & idem Bart. *in l. baliſta. ff. eod.* Angel. *conſ.331.* & communem* dicit Rol. à Vall. *conſ.68. lib.2.* Crauet. *conſ.295.* Soc. Iun. *conſ.170. lib.2.* Caſtren. *conſ.19. lib.2.* & hanc veram, & communem* dicit Marzar. *conſ.25. in prin.* vbi citat plurimos, Vide, *Fideicommiſſarius tenetur reſtituere fructus perceptos, & quando ſecus. Concl.278. n.43.* vbi* de magis communi. † Contrarium, quod fideicõmiſſarius debeat compenſare fructus per eum perceptos cum credito ipſius, eſt gl. *in l. in fideicommiſſ. ff. ad Treb.* & ibi Bart. in ſummario. Caſtr. Alex. & Vinc. Herculan. *in d. l. quod de bonis. §. quod autem. ff. ad l. Falc.* Doct. in *d. l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb.* Pariſ. *conſ.25. n.4. lib.2.* Soc. Iun. *conſi.57. n.13. & ſeq. lib.3.* vbi dicit hanc eſſe* communem, licet cõtrarium teneat Ruin. per eum poſt alios ibi relatos *conſ.112. col. fin. & conſ.115. col. fi. lib.2.* & ideo cum ſit magis* communis, & habeat tex. pro ſe *in d. l. quod de bonis. §. quod auus, ver. plane ſi conditio. ff. ad leg. Falcid.* ab ea non eſt recedendum. Bart. *in l. fi. C. de pœn. iudic. qui male iudic.* cum congeſtis per Barbat. *conſ.63. Sapienter ſcribit, col. pen. lib.1.* Iaſ. *conſi.155. In cauſa, & lite, col. fin. lib.4.* Socin. Iun. *conſ.1. col. fin. & conſ.3. col. fin. lib.1.* Caſtr. & Alex. *in d. l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l. Falc.* Boer. *deciſ.44.* Pariſ. *conſ.25. lib.2.* Rip. *in d. l. in fideicommiſſ. ff. ad Trebel.* † Declara; quia quando fideicommiſſum eſt vniuerſale, nõ refert, an hæres confecerit inuentarium, vel non; quia non poteſt teneri vltra id, quod eſt; ſecus ſi eſſet particulare, vel legata particularia; quia hodie de iure authenticorũ reducũtur ad inſtar creditorum, vt illis teneatur hæres de iure nouiſſimo, prout tenebatur creditorib. de iure antiquo; ſecus quando eſt fideicõmiſſum vniuerſale, pulchre Caſt. *conſ.186. col.2. in pr. & conſ.188. col. pen. in fi. lib.2.* Plene Soc. *conſ.44. lib.3.* & plenius, q̃ alius Caſtr. *conſ.77. Viſa facti narratione, col.1.* vbi, quod reddit rationẽ diuerſitatis; quia fideicommiſſum vniuerſale non poteſt excedere vires hæreditatis, particulare ſic, & ꝙ de iure antiquo, medio, & nouiſſimo plures allegat Crauet. *conſ.144. n.5. & ſeq.* † Extende; quia deducitur legitima, & debitum competens grauato ex fideicommiſſo vniuerſali, licet adiuerit ſimpliciter. Caſtr. *d. conſi.19. in pr. lib.2.* vbi de cõmuni,* & *conſ.188. col. fi.* vbi, quod iſta opinio eſt vera, ſicut quælibet alia opinio. † Extende in tantum, ꝙ ſi hypotheca hæredis eſt ſpecialis, quando eſt inſtitutus cũ onere reſtituendi, poteſt retinere bona ſpecialiter hypothecata, donec ſatisfiat; ſi v. hypotheca eſt generalis, poteſt retinere totã hęreditatem reſtituendam. Roman. *conſ.276. Viſis dubiis, in pr.* † Extende in tantum, quod poteſt retinere etiã ſi fideicõmiſſarius, cui facienda eſſet reſtitutio, vellet partẽ ſoluere, vel ſoluiſſet, quia adhuc poteſt retinere, & particularem ſolutionẽ recipere non tenetur, & ſi recipit nõ amittit retentionẽ, donec totũ integrum ſibi ſoluatur. Rom. *d. conſ.276. in pr.* † Extende generaliter in grauato reſtituere hæreditatẽ, qui non confundit ſuas actiones, ſicut neq; hæres cũ beneficio inuentarii; quia à pari procedunt, vel ꝙ fecerit hæres inuentariũ, vel ſit obligatus ex fideicõmiſſo reſtituere. Rom. *d. conſ.276. n.2. ver. quoad ſecundũ,* vbi apoſt. *in ver. de ſecundo.* dat concor. † Itẽ æquiparãtur hæres grauatus, & poſſeſſor hæreditatis alienæ, qui retinet bona poſſeſſa, donec ſibi ſatisfiat. Rom. *d. conſ.276. n.3. ver. quoad quart.* † Extende; quia hæres grauatus ſi ſoluit de ſuo legata, vel debita hęreditaria, põt ſoluta de ſuo retinere, antequã reſtituat, vel facta reſtitutione poteſt repetere. Rom. *d. cõſ.276. n.6. ver. quoad ſeptimũ,* vbi idẽ dicit de ſolutione expenſarũ pro funere; itẽ pro inuẽtario confecto, concor. Caſtr. *conſ.19. & conſ.77.* plenius *conſ.186. lib.2.* † Declara; quia ſi ſoluit pro melioramentis ad perpetuã rei vtilitatẽ, retinet, vel repetit; ſi v. ad temporalẽ, ſecus eſt. Rom. *d. conſ.276. n.6. in fi.* † Reſtringe; quia vxor inſtituta hæres à marito, & grauata de reſtituenda hæreditate non põt deducere contra hæreditatẽ creditũ, ꝙ prætendit ex eo, quod maritus vendidit bona vxoris,

vxoris,quando ipſa non conſenſit;quia debet agere contra em-
ptoré;ſecus ſi ipſa ratam habuit venditioné;quia tũc poteſt reti-
51 nere creditum ſuum.Rom.d.conſ.276.n.3.ver.quoad tertium.† De-
clara; quia ſi hæres grauatus vẽdidit bona hæreditaria,&ſit cre-
ditor ex alia cauſa,tenetur excomputare creditũ ſuum in bonis
* alienatis.Rom.d.conſ.276.n.4.ver.quo ad quintũ. & eſt * communis
opinio,vt per Aret.conſ.18.n.15. Ceph.conſ.346.nu.7.vbi ambo de
* 52 communi * atteſtantur.† Limita;quia licet filius adeundo ſim-
pliciter hæreditatem patris confundat ſuas actiones ; tamẽ ſi eſt
grauatus reſtituere alteri poſt mortẽ ex fideicommiſſo, retinet
donationẽ propter nuptias ſibi à patre promiſſã ; quia in dote &
donatione prædicta eſt capax ſine patre.Caſt.conſ.388.Pro declara-
53 tione.in pr.lib.1.† Extende in tantũ, vt ẽt ſi reſtituit donationem
propter nuptias ſibi debitam,vel aliud ſibi debitum, prout Tre-
bellianicam,vel aliud, quod poterat retinere,& non retinuit,il-
54 lud repetat.Caſtr.d.conſ.388.in pr.lib.1.† Extende; quia poteſt de-
ducere legitimam ſibi debitam,itẽ ſimul & donationem propter
nuptias,quæ debuiſſet computari in legitima, quãdo pater gra-
uando filium hæredem ad reſtituendam hęreditatem poſt mor-
tem ex fideicommiſſo nullam fecit mentionem de donatione ꝑ-
55 pter nuptias promiſſa.Caſt.d.conſ.388.n.3.ver.3.præmitto.lib.1.† De-
clara;quia ſi pater fecit mentionẽ de eo, quod ipſe debebat pro
donatione propter nuptias filio, vel filiæ pro dote , aut pro alia
cauſa mandauit nihilominus omnia reſtitui poſt mortem ex fi-
deicõmiſſo,vel prohibuit retentionem, vel deductionem fieri,
quod poteſt prohibere; tũc filius adeundo ſimpliciter nõ dedu-
cit,niſi legitimam & Trebellianicam,legitimã ſtatim, Trebelli-
anicam vero adueniente reſtitutione,& ſic medietatẽ in totum.
Caſtr.d.conſ.388.n.3.ver.nunc aũt.lib.1.vbi,quod tunc bene fit con-
56 fuſio,& non põt deduci,vel retineri ꝙ ſibi debetur.† Extende vt
procedant dictæ deductiones ad fauorem grauati, ẽt ſi teſtator
in ſuo teſtamento dixiſſet ſe ſatisfeciſſe hęredi de omnib.promiſ-
ſis;quia talis confeſſio pro ſe ipſo facta non præiudicat,ſi aliunde
57 non conſtat.Caſtr.d.conſ.388.in fi.lib.1.† Qualiter aũt fiant iſtæ de-
ductiones legitimæ,& Trebellianicæ per hæredes grauati, vide
Caſtr.d.conſ.388.Pro declarat.circa med.ver.ad ſolutionem ergo,lib.1.vbi
ſi grauati hęredes poſſident,deducunt per viã retentionis,ſi poſ-
ſidet fideicõmiſſarius,repetunt,ſi vterq; poſſidet,partem retinẽt
in parte poſſeſſa,nec poſſent dicere hæredes grauati,volumus in
bonis,quæ poſſidet fideicõmiſſarius, ẽt prætextu , quod non re-
58 ceperit de manu grauati.† Ratio,quare hęres ẽt ſine inuentario,
licet confundat ſuas actiones adeundo;tamẽ qñ eſt grauatus o-
nere fideicõmiſſi vniuerſalis,deducere poteſt ſua credita parti-
cularia per prius confuſa, eſt;quia de iure antiquo hæres adeun-
do ſimpliciter confundebat omnes ſuas actiones , & tenebatur
creditorib.ẽt de ſuo vltra vires,ſed quoad fideicõmiſſũ vniuer-
ſale deducebat ius ſuũ. l.debitor.ff.ad Trebel. & ẽt deducebat cõtra
legatarios,ſeu particulares fideicõmiſſarios , qui quaſi legatarii
ſunt.l.in imponẽda.& l.irritũ.C.ad l.Falcid. Hodie de iure nouiſſimo
aliud eſt;quia ſi fiat inuentarium,fit confuſio, ſed in effectu non
tenetur ẽt creditorib niſi vſq; ad vires hæreditarias, ſi nõ fiat in-
uẽtariũ,tenetur vltra vires, nedũ creditoribus, ſed ẽt legatariis,
quoad fideicõmiſſum vniuerſale nihil aliud eſt innouatũ ; ideo
deducit propriũ creditũ in reſtitutione,ita Caſtr.clare d. conſ.77.
Viſa facti in pr. lib.2. vbi ẽt reddit rationẽ rationis;quia in fideicõ-
miſſo vniuerſali non exceduntur vires hæreditatis,in particula-
59 ri vero excedi poſſunt.† Reſtringe;quia filia vltimi grauati non
deducit dotẽ,qñ ex perſona patris deduxit legitimã,& Trebelli-
anicã,vel legitimã tantũ,ſi eſt ſufficiens ad ſe dotandum ; ſecus ſi
conſiderata qualitate perſonarum non eſſet ſufficiens ; quia de-
duceret illud,quod deficit ad dotẽ condecentẽ.Caſtr.d.conſ.388.
60 n.6.verſ.ſuper octauo,lib.1.† Limita;quia filius grauatus onere fidei-
commiſſi poteſt detrahere omnia,quæ ſibi debentur, & quæ nõ
habuit à patre, & ſolũ tenetur reſtituere ea quæ fuerunt teſtato-
ris l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil.d.l.debitor.§.fi.ad Treb.Caſtr.
conſ.77.Viſa facti.& conſ.186.Dubiũ facit,& conſ.168.Quia,lib.2. Alex.
61 conſ.20.Ponderatis,n.7.lib.3.Soc.conſ.218.lib.2.Dec.conſ.218.n.5.† Ex-
tende;quia poteſt detrahere legitimã,& Trebellianicam, qñ eſt
* grauatus ſub conditione, vt per * omnes in l.iubemus.C.ad Treb.l.fi-
liũ,quẽ habentẽ.C.famil.herciſc.Canon.in c. Raynut.& in c. Raynald. de
teſta.vbi Lanfr.dicit, quod iſta opinio obſeruatur per vniuerſum
* orbem.* Vide, Legitima,& Trebellianica ſimul deducuntur ex fideicom-
miſſo,& quando ſecus.Concl.212.† Limita;quia ſi filius adeat hære-
62 ditatẽ patris,qui recepit dotẽ vxoris filii,nõ confunditur hypo-
theca pro dote cõpetens.Bart.& alii in d.l.debitor.ff.ad Trebell.& in
l.cum quis.§.fi. & ibi Bar.ff.de ſolut. Soc.& alii in l. debitori. C. de pact.
Neguſ.in 1.memb.quintæ part.n.54.vſque ad fi. Bald. in l.ſi debitor. C. de
bonis. auth.iud. poſſid.† Limita;quia hæres ſine beneficio inuenta- 63
rii,qñ eſt grauatus fideicõmiſſo à patre, deducit dotem matris.
Soc.in d.l.debitori,in fi.C.de pact. vbi Curt.Iun.n.14. Caſtr.conſ.164.
Viſa facti,in pr.col.2. Cum.conſ.176.col.fi.ver.ad ſecundum. Natt. conſ.
255.n.6.ver.venit ẽc deducenda. Aret.conſ.147.n.1.in fi.verſ.Dotes mater-
nas,iuncto n.5.Alex.conſ.124.n.6.ver.dos data per matrem,lib.7.Alcia.d.
l.debitori,col.pen.ver.hic à quibuſdã.Mantua.conſ.291.n.3.ver.dos mater-
na.Grat.conſ.160.n.51.ver.5.dubitauit.lib.1.vbi dicit hanc eſſe verita-
tẽ,licet aliqui teneant contrarium.Ruin. conſ.112.n.19.verſ.quoad
ſecundum,lib.2.& eſt communis * opinio, & in practica ſeruatur, *
vt per Crau. conſ.144.n.5.in fi. Mant.d.conſ.291.n.3. Marza.conſ.25.
n.3.& 4.vbi citat infinitos,ſupra n.20.& ſeq.† Contrarium,quod 64
imo in dote matris adeundo filius hæreditatẽ patris confundat
actiones.Ruin.conſ.151.n.2.lib.3.quia effectũ eſt vnicũ patrimoniũ
adeuntis.l.ſed ſi plures.§.filio.ff.de vulg.& pupill.gl.& Doct.in d.l. debi-
tori.C.de pact.Bart.in l.hæres à debitore.§.fi.ff.de fideiuſ.vbi non põt eſſe
debitor,& creditor.Caſtr.conſ.77.Viſa facti narratione,in pr.lib.2.Et
pro † contrario facit;quia in tantũ confunditur actio dotis ma- 65
ternæ,qñ filius creditor dotis eſt hæres patris,vt ẽt ſi repudiaſſet
hæreditatẽ patris,& obtinuiſſet ſibi dari tenutã,& adiudicari tot
bona patris pro dote, ſi poſtea ex ſententia declaretur hæres pa-
tris;quia ſe immiſcuit;quia trahitur aditio ad principium tẽpore
mortis patris,l.hæres quandocunq;.ff.de acq. hæred.l.omnia fere,& l.om-
nis.ff.de reg.iur. ideo talis ſententia dationis in ſolutũ fuit nulla;
quia inducitur confuſio actionũ.l.Stichum.§.aditio.ff.de ſolut.d.l.de-
bitori,vbi * omnes. C.de pact. Ideo cũ filius fecerit tenutã ſuper eo, *
quod nõ erat debitũ,primũ decretũ fuit nullũ,ergo & ſecundũ.
Bart. in l.ſi non ſortẽ.§.ſi centũ, vbi * omnes.ff.de cond.in.deb. † Decla- * 66
ra;quia actio dotis confunditur per filiũ adeuntẽ hęreditatẽ pa-
tris ſimpliciter , qñ dos debita filio adeunti conſiſtit in pecunia;
ſecus ſi in bonis mobilibus ,ſeu ſtabilibus, quæ poſſunt vendica-
ri;quia nõ fit confuſio.Caſtr.conſ.393.Pro euidentia lib.2. † Declara 67
hanc materiã,& teneas;quia qñ is,qui adiuit, tenetur reſtituere
ex fideicõmiſſo vniuerſali,licet nõ confecerit inuentariũ,dedu-
cit nedũ dotes maternas,vt per Caſtr.conſ.77.Viſa facti, in pr. lib.2.
ſed ẽt deducit ſoluta creditorib.& legatariis,Caſtr.conſ.186.Dubiũ
facit,col.2.lib.2. Rom.conſ.276.n.6.& communẽ * dicit Caſtr.conſ. *
19.in pr.lib.2.& verã opinionẽ * dicit in conſ.188.col.fi.eod.lib.2.& eſt *
tex.in l.ſequens quæſt.ff.de leg.2.l.à filia,in pr.& l. Lucius.§. maritus. ff. ad
Treb. Alex.conſ.20.col.3.lib.3.l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vulg.& pupil.Nat.
conſ.255.n.7.† Imo neq; ipſa vxor inſtituta hæres à marito cũ one- 68
re fideicommiſſi,licet non fecerit inuentariũ , per aditionẽ non
confundit ſuas dotes,& poterit illas petere, & illius ẽt ſecularis
ſucceſſor.Iaſ.conſ.28.lib.3.† Extẽde,ẽt ſi cauſa fideicommiſſi præ- 69
cedat dotẽ matris.Soc.conſ.23.ver.quarto.lib.3.vbi dicit carere pro-
babili dubitatione,& ita contra Ang.fuiſſe conſultũ per * omnes *
Aduocatos Florentinos,& hanc communẽ * dicit Dec.conſ.376. *
col.2.† Declara;quia licet extinguatur actio per aditionẽ factã ab- 70
hærede,videlicet in totũ,ſi hæres eſt in totũ,& pro parte,ſi hæres
eſt ſolũ pro parte;quia non debet eſſe actio,& paſſio in eodẽ ſub-
iecto;tamẽ non extinguitur retentio,ita declarat pulchre Rom.
conſ.276.Viſis dubiis.Caſtr.conſ.19.Vltra ea quæ,in princ.lib.2.in 3.dubio.
plurimos allegat Menoch.conſ.183.n.33.& ſeq.vbi,quod datur re-
tentio ꝑ dote matris, & legatis ſolutis contra fideicommiſſum.
Caſtr.conſ.43.Subſtitutio prædicta,& conſ.19. Vltra in 1. dubio, & conſ.
120.Notandũ eſt ad euidentiã,lib.2. quod procedit in fideicommiſſo
vniuerſali,ẽt ſi non confecerit inuentariũ. Caſtr. conſ. 186. Dubiũ
facit.& conſ.188.Quia dubia,col.2.lib.2.Alex.conſ.124.Viſo proceſſu in fi.
lib.7.Soc.conſ.44.Non parua difficultas,lib.3. Ruin.conſ.57.lib.2.Crau.
conſ.144.Magnificus quidã.† Contrariũ;quia qñ fideicommiſſarius 71
fuit hęres ſimpliciter,& abſolute abſq; beneficio inuentarii,non
poſſit vti retẽtione ꝑ ſuo credito, qñ reſtituit fideicommiſſum;
quia in totũ quoad eũ eſt confuſa actio.Caſt.conſ.77.Viſa facti,lib.
2.& conſ.188.Quia dubia.col.2.ver.ſuper ſecundo, lib.2.Ruin.conſ.57.De
trib.lib.2.Alex.conſ.67.Viſis.lib.4.& loquuntur ẽt in filio,ẽt quoad
dotẽ maternã,ẽt quoad retentionẽ;quia ſi non fecit inuentariũ,
ſibi imputet.† Declara;quia pro legitima res eſt clara,quod filius 72
illã deducit ex fideicõmiſſo;ergo idẽ eſt in dote,qñ ſuccedit loco
legitimæ,Caſtr.conſ.19.lib.2.in 3.dubio, vbi * dicit cõmunem.† De- * 73
clara , vt procedant limitationes ,quando hæres eſt grauatus fi-
deicommiſſo vniuerſali,ſecus ſi particulari, vt declarant Doct.
vt ſup.n.70.& quando dicatur vniuerſale, vel particulare , Vide,
Fideicommiſſũ vniuerſale,& particulare qualiter cognoſcatur. Concl.229.
† In hac materia dicitur fideicõmiſſum vniuerſale, ẽt ſi teſtator 74
medietatẽ bonorũ ſuorũ reſtitui mandet.Caſtr.conſ.186.col.2.ver.
& ſemel vidi,lib.2. † Declara ; quia ſi filius eſſet hæres matris pro 75
maiori quota,q̃ ſit hæres patris ſine grauamine fideicõmiſſi,cõ-

funderet actiones maternas ſolum pro tanta quota, pro quanta
eſt hæres patris,& reſiduum conſequi poterit ab aliis cohæredi-
bus.*l.libet.C.ad leg.Falc.l.ſi ab eo. C.de neg.geſt.& l.ſi vxor.C.de bon.auth.*
76 *iud.poßid.*† Et quod filius,licet ſimpliciter adiuerit hæreditatem
patris,deducat dotes maternas.Grat.*conſ.*160.*n.*51.*lib.*2.Mantua.
*conſ.*291.*n.*3.idẽ ẽt in ſimplici credito in perſonali contra fideicõ-
mittentem;quia datur retentio,& hanc veriorẽ decidendo dicit
Grat.vbi ſup.allegat Caſtr.Soc.Dec.& alios,maxime Alex.*d.conſ.*
77 124.*Viſo,lib.*7.*in ſi.*† Extende in dote vxoris grauati. Angel. Aret.
*in forma teſtamenti,gloſſ.*86.*n.*11.Mayner.*in l.in ambiguis pro dote,n.*165.
*ff.de reg.iur.*Rom.*conſ.*276.*col.*1.*ver.quoad ſecundũ.*Pariſ.*conſ.*69.*n.* 41.
78 *lib.*2.Rol.à Vall. *conſ.*65.*lib.*2.Crau.*conſ.*316.*n.*4.† Extende in dote
79 auiæ paternæ.Soc.Iun.*conſ.*170.*in pr.lib.*2.† Extende; quia dedu-
cit legatum ſibi factũ à patre, licet ſuccedat grauato cum onere
fideicommiſſi;quia confundit actiones legati,vt non agat con-
tra ſeipſam,ſed vt retineat aduerſus fideicommiſſarium,ſic Caſt.
80 *conſ.*43.*in ſi.ver.ſed hic incidit dubium,lib.*2.† Extende,vt procedat,ẽt
in Ciuitate Florentiæ,non obſtante ſtatuto,*lib.*2.*rubr.*29.*de hære-
dibus,&c.*quia licet tollat beneficium inuentarii quoad credito-
res;non tamen quoad fideicommiſſarios,de quibus non loqui-
tur ſtatutum.Caſtr.*conſ.*323.*Viſo puncto,per tot.*max.*n.*3.*& ſeq.lib.*1.
81 † Extende;quia ſocius,qui erat creditor ſocii pro dote filiarũ ſo-
cii,ſi ſuccedit ſocio cum onere fideicommiſſi, licet per aditionẽ
confundat actiones ſuas ; tamen adueniente conditione fidei-
commiſſi deducit creditum ſuum.Caſtr.*conſ.*370.*Dico,quod iſta,n.*
2.*lib.*1.vbi dicit idem,ſi ſoluit legata facta à teſtatore, & impenſa
funeris primi teſtatoris; ſecus ſi pupilli, cui eſt hæres reſpectu le-
82 gitimæ ſine aliquo onere fideicommiſſi. † Extende in hærede,
qui erat creditor teſtatoris ex adminiſtratione;quia licet adeun-
do hęreditatẽ ſui debitoris extinguat actionem;tamen habet re-
tentionem contra fideicõmiſſarium. Caſt.*conſ.*376.*Ne ſub æquiuo-*
83 *co,lib.*1.*in ſi.*† Extende; quia fideicommiſſarius vniuerſalis licet nõ
fecerit inuentariũ; tamen deducit nedũ ſuũ creditũ cõtra fidei-
cõmiſſarium,ſed legitimã,expenſas funeris; & omnia ſibi debi-
ta,nedũ per viã retinendi,quod facilius eſt,ſed ẽt per viam agen-
di.Caſtr.*conſ.*186.*per tot.lib.*2.*& conſ.*188.*col.*2.*in ſi.ver.interdum,lib.*2.
84 † Extende;quia nedum deducit credita,& ea, in quibus tractat
de damno vitando,ſed etiam Trebellianicam, in qua tractat de
85 lucro captando.Caſtr.*d.conſ.*186.*col.*2.*ver.& ſemel vidi,lib.*2.† Extẽ-
de;quia prædicta actio;vel retentio nedũ datur tempore reſtitu-
tionis fideicommiſſi vniuerſalis,ſed etiam tempore vitæ ipſiuſ-
met fideicommiſſarii;quia poterit viuens agere contra eum,cui
erat facienda reſtitutio,citando eum,& alios,ad quos,&c.& pe-
tere declarari credita ſua,& tot bona adiudicari,de quibus libe-
86 re poſſit diſponere.Caſtr.*d.conſ.*186.*n.*2.*ver.circa vltimũ.lib.*2.† Re-
ſtringe;quia non deducit,neq; per viam agendi,neque per viam
excipiendi ſibi debita contra legatarios, vel fideicommiſſarios
particulares,niſi fecerit inuentariũ.Caſtr.*d.conſ.*186.*in pr.lib.* 2.*&*
*conſ.*188.*col.*2.*prope ſi.ver.interdum quærimus.& col.ſi.in princ.lib.*2. vbi,
87 quod hæc eſt vera opinio.† Iudex competens erit iudex, qui ha-
bet iuriſdictionem in fideicõmiſſarios,& ſi pauperes ſint,erit iu-
dex Epiſcopus,vel ſecularis, & ſi diuerſi fori, poteſt vnus alium
88 delegare.Caſtr.*d.conſ.*186.*in ſi.lib.*2.† Limita;quãdo creditor ſuc-
cedit vni ex duobus correis debendi;quia tunc ſucceſſio,& adi-
tio non habet vim ſolutionis,ſed bene confuſionis ; quia perſo-
na tantũ, & hæreditas illius,cui ſucceditur, eximitur ab obliga-
tione,& alter correus remanet obligatus.*l.Vranius.§.ſed cum duo,*
89 *ff.de fideiuſſ.*vbi Bart.& alii,† Et dicas,quod licet creditor adeun-
do hæreditatẽ ſui debitoris confundat ſuas actiones, adeo quod
non poteſt eſſe hæres, & creditor; tamen ſi eſt grauatus reſtitue-
re hæreditatem,poteſt retinere creditum ſuum.*l.Stichum.§.adi-
tio.*& ibi gloſſ.*in ver.retinet.ff.de ſolut.*gloſſ.& Doct. *in l.ita tamen.§.*
90 *ſi ex Trebelliano.ff.ad Trebell.*vide ſupra *ver.declara,nu.*67.*& ſeq.* † Ex-
tẽde;quia neq; computabit fructus perceptos in extinctionem,
niſi teſtator expreſſe hoc dixerit,vel tacite grauando vltra vires,
ita Ruin.*conſ.*135.*Viſo themate,n.*10.*ver.quoad aliud,lib.*3.Vide ſupra,
*num.*39.*& ſeq.*vbi plenius.

## Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, & quando ſecus. Concl. 53.

1 REGVLA † eſt,quod hæres alicuius non poteſt venire contra
factum defuncti,cuius eſt hæres,& ſi venit,repellitur exce-
ptione doli mali.*l.cum à matre.C.de rei vend.l.ſi tertius.§.ſi.ff.de aq.plu.
arc.*vbi hæres non poteſt impugnare factum ſui authoris, quia
perinde eſt,ac ſi ipſe feciſſet.Dec.*conſ.*84.*Et pro tenui,in ſi.*Crauett.
*conſ.*200.*col.*2.Gramm.*deciſ.*39.*n.*8.Pariſ.*conſ.*33.*col.ſi.lib.*3.Soc.Iun.
*conſ.*77.*n.*134.*lib.*1.*& conſ.*129.*Quantum ad primum,n.*5.*eod.lib.*1.Cra-
uet.*conſ.*131.*n.*6.Dec.*conſ.*547.*Viſo puncto.n.*3.*& in l.ex qua perſona,*vbi
Cagnol.*ff.de reg.iur.*Corn.*conſ.*74.*De duobus,n.*4.*lib.*1. Pariſ.*conſ.*16.
cẽtia,licet de hęrede nihil ſit dictũ.Bald.cõſ.493.Or data licẽtia,lib.2.
21 Amplia † in compromiſſo,ſeu declaratione pretii cõmiſſa in iudi-
cem perpetuũ;quia tranſit ad hæredes reſpectu cõmittentium,&
cõpromittentium; quia eſt pactũ, & conuentio. Io.de Anan.conſ.
19.Viſis inſtrumẽtis,in pr.vbi loquitur,quãdo eſt facta mentio hære-
22 dũ,ſed idem dicit,ſi nõ eſt facta mentio; quia de iure ineſt. † Am-
plia in omnibus obligationibus ex cõtractu deſcendentibus; quia
ex quo ſunt perpetuæ,ad hæredes tranſeunt, etiã ſi de hæredibus
mentio facta nõ ſit. Ang.conſ.326.Ex themate,actis.col.2.ver.quinimo
& ſi hæredem. † Extende, vt procedat etiam in obligatione pœnali 23
negatiua de nõ veniendo contra;quia tranſit ad hæredem.Ang.d.
conſ.326.col.2.cir.med.ver.quia ſi tenor. † Extende, etiam ſi cõtractus 24
ſint cõditionales, tamen tranſeunt ad hæredes cõtrahentiũ, licet
nõ ſit facta mentio hæredum. Io. de Anan. conſ.19.n.3.ver.præterea.
Amplia † in trãſactione iurata; quia licet pœna piurii nõ tranſeat 25
ad hæredem; tamen tranſit pœna tranſactionis ex cõtrauentione.
Ang.d.cõſ.326.in pr.ver.nec obſtat,& n.2.† Amplia in obligatione p- 26
ſonali facta ad fauorẽ Titii, vt poſſit habere decẽ corbes vuarum
ſingulo anno ex meo feudo, donec pacifice tenebo, & gaudebo
feudo; quia tranſit ad hæredes meos, donec pacifice tenebunt,&
gaudebũt feudo. Alex.cõſ.18.Attẽtis narratis n.14.ver circa tertiũ.lib.
5.vbi dicit hoc procedere, licet nihil ſit dictũ de hæredibus; quia
plus tranſit de facile obligatio ad hæredes ex parte promiſſoris, q̃
ex parte ſtipulãtis.†Extẽde;quia obligatio de nõ inferẽda moleſtia 27
Titio includit etiã hæredes Titii, licet de eis non ſit facta mentio.
l.ſtipulatio iſta,habere.§.ſicut ff.de verb.obl.ita Alex.d.conſ.18.n.14.lib.5.
vbi,ꝙ factũ hæredis,& defuncti eſt idẽ.† Amplia in caſu notabili; 28
quia licet vẽdens cum pacto redimẽdi intra quatuor annos, ita ꝙ
illa facultas nõ egrediatur perſonã vendẽtis; tamen extẽditur etiã
ad hæredes filios ex mẽte, licet de eis nõ ſit facta mentio, & adſit
taxatiua.Crauet.pulchre cõſ.428.vbi,ꝙ omnia ceſſibilia,prout ius
redimẽdi, trãſeunt ad hæredes, & tollit cõtraria de taxatiua, & ꝙ
nõ egrediatur perſonã vendentis, & dicit ea nõ procedere in filio
hærede,ſed in extraneo;quia potius mens,q̃ verba,attendi debet.
Contrariũ, † quod pactũ franchandi ad placitum venditoris intra 29
certũ tempus ad hæredes nõ tranſeat,ſi mentio de eis nõ eſt facta.
Bero.conſ.155.n.7.lib.1.& cõſ.212.n.20.lib.3. † Amplia; quia vẽdens, 30
q vult teneri de euictione pro dato,& facto ſuo tantũ,tenetur etiã
de dato,& facto hæredis; quia factũ hæredis,& defuncti eſt idem,
Alex.conſ.18.n.25.lib.5. † Declara, vt p apoſt.ad Alex.d.conſ.18.n.15. 31
in ver.Hæredis, videlicet quando ex perſona ſua hæres veniret; quia
non cõmittitur ſtipulatio,neq; euictio. † Extẽde in caſu cõtrario; 32
quia promittens de euictione pro dato, & facto ſuo tantũ tenetur
etiã pro dato,& facto aliorũ,quibus eſt hæres;quia hæres eſt eadẽ
pſona. Alex.d.conſ.18.n.15.lib.5. vbi plena apoſt.in ver.hæres, adducit
multos cõcord.& dicit hanc*cõmunem.† Contrariũ,ꝙ imo hæc * 33
clauſula excludat authores,quib.fuit promiſſor hæres,ſed ſolũ te-
neatur cedere iura, ſi quæ habet tãq̃ ſucceſſor,tenet eadẽ apoſt.ad
Alex.d.cõſ.18 n.15.lib.5.in fi in verb.hæres,vbi admittit extẽſionẽ ve-
rã,ſi poſt vẽditionẽ fieret hæres alicuius; quia tũc verſaretur factũ
ſuum,adeundo poſt obligationem. Vide plene p Ant.Gabr. lib.6.
tit.de verb.ſignific. Concl 5. Dictio taxatiua adiecta in perſonã authoris an
perſonam hæredis excludat.vbi pro vtraq; parte,& declarat.† Amplia; 34
quia omnis obligatio magis de facili eſt tranſitoria ad hæredes ex
parte obligantis,q̃ ex parte recipientis. Alex.d.conſ.18.in fi.ver.con-
firmatur.vbi dat multa exẽpla de vſufructu,alimentis,& ſimilibus.
Amplia † in feudi cõceſſione facta Titio;quia licet nõ ſit facta mẽ- 35
tio hæredũ, & deſcendentiũ; tamen extenditur; quia beneficium
Principis eſt.Fulg.conſ.225.Sereniſſimum Ducale.Iul.Clar.in §.feudũ.
q.9.n.6.vbi dicit*cõmunem. † Extende in donatione etiam à pri- * 36
uato facta ob benemerita. Fulg.d.conſ.225.n.2.† Extende etiam in 37
feudi renũciatione; quia renũciatio ſimpliciter facta pro ſe,intel-
ligitur etiã pro hæredibus, & ſic etiã promiſſio de non contraue-
niendo per ſe;quia hæredes cõprehendit,licet non ſint nominati,
quando feudũ eſt hæreditariũ ſimpliciter,vel ſecundũ quid; ſecus
ſi ex prouidẽtia,ita Alex.conſ.13.Perſpectis,n.7.& ſeq.ver.& licet poſtea
lib.5.vbi n.11.dicit*cõmunem.†Operatur tamẽ expreſſio hæredũ; * 38
quia ex parte eius,cui promittitur,erunt duæ obligationes;vna in
perſona recipientis;alia in perſona hæredis,Iaſ.in l.eũ qui ita.§.te &
Titium.n.3.ver.ſecundo principaliter.ff.de verb.obl † Amplia;quia in cõ- 39
tractibus in quibus nõ exprimuntur hæredes,ſed dicitur pro ſe &
ſuis, ſi ſunt prolata à venditore, intelligenda ſunt contra eum pro
ſe,& ſuis hæredibus quibuſcunque;quia cũ potuerit clarius loqui,
cõtra eum ſit interpretatio. Io.de Im.conſ.31.in prin. Vide, Clauſulæ
cõtractuum diuerſæ,& earũ importantia.Concl.294.n.5.& ſeq.† Extẽde; 40
quia ceſſantibus cõſuetudine,& coniecturis in dubio præſumitur
quis ſibi, & hæredibus extraneis acquirere in materia indifferẽti,
& tranſmiſſibili. Io. de Imol.conſ.21.n.4. † Reſtringe, niſi materia 41
ſit reſtringibilis de ſui natura nõ trãſitoria ad hæredes extraneos.
Io.de Imol.d.conſ.21.n.4.† Contrariũ;quia imo acquirens feudum 42
pro ſe, & ſuis, &c. cẽſetur de hæredibus deſcẽdẽtibus intellexiſſe,
non autem de filiis;ideo erit feudum hæreditarium ſecundũ quid,
nõ ex prouidẽtia. Alex.conſ.26.Ponderatis.n.3.lib.5. † Reſtringe, niſi 43
ſequatur abſurdũ; quia vt ceſſet abſurdũ, fit interpretatio ſtricta,
vel larga, Io.de Imol.d.conſ.21.n.4. † Reſtringe,quãdo nõ apparet, 44
à quo ſint prolata; quia cenſentur prolata ab eo,ad cuius fauorem
profe-

proferuntur; ideo eo caſu contra eũ interpretantur, vt de deſcen-
dẽtibus, & nõ de extraneis cẽſeantur. Io. de Imol. *d. conſ. 21. n. 2. ver.*
45 *& ſi nõ apparet.* † Declara, niſi ex loci conſuetudine aliter interpre-
tanda eſſent; quia attendenda eſt cõſuetudo loci ante omnia. Ioan.
46 de Imol. *d. conſ. 21. nu. 3. ver. ſed aduertendum.* † Declara ſecundo, niſi
adſint cõiecturæ; quia ceſſante conſuetudine, attẽdendæ ſunt cõ-
47 iecturæ. Io. de Imol. *d. conſ. 21. n. 3. ver. ſi autẽ.* † Amplia in teſtamen-
to, quando fit p modum contractus, ſeu liberationis; quia ſi pater
legat liberationem Titio pro eo, ꝙ debet filio ſuo, ſi intra annum
dicto filio ſoluerit 300. aureos, ſi mortuo teſtatore etiã Titius de-
bitor moritur intra annum, ita quod nõ eſt in mora, poteſt hæres
Titii ſoluere 300. & ſe liberare, licet de hærede nõ ſit facta mẽtio.
Bart. *conſ. 16. Angelus Iacobi. lib. 1.* vbi apoſt. in *ver. Angelus*, dat cõcord.
48 an cõdictiones ex teſtamẽto trãſeant ad hæredes. † Amplia in ſen-
tentia, & laudo contra Titium; quia habet exequutionẽ contra o-
mnes hæredes Titii, etiã ſi non ſint nominati. Io. de Ana. *conſ. 26.*
49 *nu. 9. ver. non obſtat ſecundo.* † Amplia; quia hæredes continentur in
diſpoſitione hominis, etiam ſi non eſt facta de eis mentio, etiam ſi
adſit taxatiua, prout in eo, q ſe obligat pro dato, & facto ſuo tan-
tum; quia continetur etiam factum hæredis. Bald. *l. fin. circa fin. ver.*
*ſed pone. C. de acti. empti.* quia illa dictio taxatiua excludit ſolũ perſo-
nas extraneas. *l. ſtipulatio iſta, in princ. ff. de verb. oblig.* Alex. *d. conſ. 18.*
*Attentis, col fin. lib. 5.* ſequitur Iaſ. in *l. 1 in princip. in 4. col. circa med. ff. ſi*
*quis ius dicenti non obtemp. & in l. ſi tibi. § ſi quis. ff. de pact.* & hæc eſt ve-
* rior* opinio, cũ qua Dec. *conſ. 281. Viſo puncto, col 3. in 2. dubio.* Areti.
*§. actionum, col. 15. n. 53. ver. quid ſi promiſit de euictione pro ſuo dato, Inſtit.*
*de actio.* facit text. in *l. 1. § 1. iuncta rubr. ff. de eo, per quem factum erit.* &
quia factum hæredis reputatur factũ defuncti. Ang. *conſ. 185 Bru-*
*nellus*, & pſona hæredis reputatur pſona defuncti. Socin. *conſ. 293.*
*Præſens cõſultatio col. 1. lib. 2.* vbi ſermo hæredis dicitur ſermo teſtato-
50 ris, vide infra *n. 51.* † Contrarium Iaſ. in *d. l. ſtipulatio iſta, in 4. not. ff. de*
*verb. oblig.* vbi videtur dubitare. Limita, quãdo adeſt dictio taxatiua
pro ſe tantum, & nõ eſt facta mentio hæredum. Bald. in *l. qui ſe pa-*
*tris. n. 12. C. vnde liberi.* ſequitur Alex. *conſ. 13. n. 7. & 8. ver. ſi etiam vel-*
51 *lemus. lib. 5.* † Contrarium dicit Alex. *d. conſ. 13. n. 8. & ſeq. lib 5.* quan-
do dixit ſimpliciter pro ſe; quia etiã hæredes includit; imo etiam ſi
promiſit pro dato, & facto ſuo tantũ, & ſic taxatiue, tenetur etiam
pro dato, & facto eius, cuius eſt hæres, plures citat Dec. *conſ. 233.*
*Viſis iis. n. 6.* Alex. *conſ. 18 n. 14. & ſeq. lib. 5.* vbi plura ſimilia de obli-
gatione, & dato, & facto ſuo tantũ, vt comprehendat etiã factum
hæredum; vide tamen ibi apoſtill. contraria. Beccius *conſ. 52. n. 117.*
vbi plures allegat, plenius Crauett. *conſ. 428. col. pen. & per tot.* vide
52 ſupra *n. 49.* † Declara, vt per Gabriel. *conſ. 125. n. 12.* vbi, quod ſi ſu-
mus in renũciatione, vel promiſſione reciproca, aut pacto, vel cõ-
uentione, ſemper hæredes cẽſentur incluſi, ſi in ſimplici renuncia-
53 * tione, videtur perſonalis actus. † Declara; quia licet ſit * cõmunis
opinio, ꝙ promittens pro dato, & facto ſuo tantũ, & ſic taxatiue,
teneatur etiam pro dato, & facto authorum ſuorum; tamen apo-
ſtill. ad Alex. *d. conſ. 18. n. 15. lib. 5. in ver. hæres*, dicit nullo iure probari,
ſed immo excludit, ne teneatur pro facto authorum, quibus fuit
hæres, licet teneatur cedere omnia iura, q̃ habet ab eis, ſed tene-
tur de facto, & dato eorũ, quibus poſtea ſuccedit poſt promiſſio-
nẽ; quia accedit factum promittentis, qui vult adire, vide eã; quia
54 citat plures. † Limita in obligatione pſonæ, & bonorũ, ſeu hypo-
theca; quia ſi quis obliget ſeipſum, & bona ſua in cõtractu, talis ob-
ligatio nõ tranſit ad bona hæredum, neq; ad perſonas hæredum,
niſi ex verbis dubiis colligi poſſet fauore dotis. Ang. *conſ. 398. Quæ-*
55 *dã D. Bilia, per tot.* † Reſtringe, quando ſtatutum concedit exequu-
tionem cõtra debitorem; quia habet locum contra hæredẽ debi-
* toris. Bald. *cõſ. 374. Quæritur, vtrũ captura, vol. 5.* Vide Bar. & * omnes
in *l. poſtulante. in princ. ff. ad Trebell.* Alex. *conſ. 118. Attẽtis narratis. lib. 6.*
quod procedit, ſi legitime conſtat eſſe hæredem. Alex. *conſ. 186.*
56 *Viſo proceſſu, lib. 2. n. 8. & conſ. 62. In cauſa, & lite, n. 8. lib. 7.* † Limita in
ſtatuto, maxime odioſo; quia ſi obligat patrem pro filio inſeruien-
te in aliqua arte, non habet locum contra hæredes patris; quia eſt
pœnale, & odioſum, & non facit mentionem de hærede. Fulgoſ.
*conſ. 50. Quidam Ramondinus, in princ.* vbi declarat, niſi pater viuens
57 fuiſſet conuentus; quia actio tranſiret ad hæredes. † Extende; quia
ſtatutum Lucanum diſponens, quod ſocii reddant rationẽ toties,
quoties, etiam ſi pluries calculauerint, nõ extenditur ad hæredes.
Fulgoſ. *conſ. 156. Viſis themate, n. 2. ver. tertia ratione.* Vide Ant. Gabr.
*lib. 6. tit. de ſtatutis, Concl. 12. Statutum contra iuris regulas*, vbi pro v-
58 traque parte. † Limita in compromiſſis; quia ſi nõ eſt facta men-
tio hæredũ, mortuo compromittente ante laudum latum expirat
compromiſſum, nec tranſit ad hæredẽ. Bald. *conſ. 102. Omnis pote-*
59 *ſtas, in princ. lib. 3.* & eſt text. in *l. diẽ proferre.* vbi gloſ. *ff. de arbitr.* † Ex-
tende, etiam ſi ſunt plures pro vna parte, & vnus ſolus ex eis dece-

dat; quia ſi cauſa eſt indiuidua, extinguitur compromiſſum in to-
tum, alias ſecus, gloſſ. & Doct. *d. l. diem proferre. § 1. ff. de arbitr.* † Ex- 60
tende, vt idem ſit in eo, qui compromiſit pro Titio; quia ſi non fe-
cit mentionem de hæredibus Titii, nõ obligatur pro hæredibus,
mortuo Titio ante latum laudum. Bald. *d. conſ. 102. in princ. lib. 3.*
† Extẽde, etiam ſi moriatur arbiter, vel vnus ex eis; quia extingui- 61
tur compromiſſum, gloſſ. *d. l. diem proferre. § 1. ff. de arbit.* † Reſtrin- 62
ge, vt non procedat lato laudo ſuper tali compromiſſo; quia tunc
virtus, & implementum tranſit etiam ad hæredes, licet de eis non
ſit facta mentio. Bald. *d conſ. 102. in princ. lib. 3.* † Limita in pactis 63
perſonalibus, vt ſi eſt conuentũ inter A. & B. quod neuter eorum
poſſit aliquid acquirere in territorio alterius; valet tamen permu-
tatio facta inter hæredes eorum; quia pactũ eſt perſonale, & non
tranſit ad hæredes. Bald. *conſ. 368. Quod permutatio facta. lib. 5. per tot.*
† Contrarium tenet idem Bald. *conſ. 491. In tres Marchiones, in princ.* 64
*lib. 5.* vbi loquitur in eodem themate, & dicit pactum non eſſe per-
ſonale; quia factũ eſt in contractu de ſui natura tranſitorio ad hæ-
redes. † Declara; quia ſi proprium nomen eſſet expreſſum, veluti 65
quia dictum eſſet, *quod dicti Titius, & Seius diuidentes nõ poſſint acqui-*
*rere*; quia eſſet pactum perſonale; ſecus ſi eſſet dictum, quod dictæ
partes, vel dicti cõtrahentes; quia tunc cenſetur appellatiuum ex-
preſſum, vt importet realitatem, & ſic hæredes comprehendat.
Bald. *d. cõſ. 491. in prin. ver. præterea hæc verba. lib. 5.* † Limita in vſufru- 66
ctu, aut vſu, & habitatione venditis, vel legatis, quia cenſentur ad
vitam vſufructuarii tantum. Ang. *conſ. 2. Certum eſt quod, n. 2.* † De- 67
clara, quia ſi vſusfructus eſt venditus, vel conceſſus Titio pro ſe, &
ſuis hæredibus, reſtringitur ad primum hæredem. Angel. *d. conſ. 2.*
*n. 2. ver. ſecundo præmitto*, & latius *n. 13. ver. poſt hoc de nouo.* † Limita in 68
ſocietate; quia etiam ſi eſt facta mentio hæredũ, intelligitur quo-
ad effectum obligationis, non quod ſocietas tranſeat ad hæredes.
Dec. *conſ. 213. n. 6. & ſeq.* † Limita in mandato procuræ, gloſſ. in *d. l.* 69
*diem proferre. § 1. ff. de arbitr.* † Limita in iuramento; quia non tranſit 70
ad hæredem pœna periurii; quia iuramentum eſt perſonale. Ang.
*conſ. 326. col. 2. ver. nec obſtat, ſi dicatur.* † Limita in precario, & con- 71
ſtituto facto ad fauorem creditoris nominati, vel vxoris; quia non
facta mentione de hæredibus dicitur perſonale, & non compre-
hendit hæredes. Alex. *conſil. 153. Circa litẽ, in princ. lib. 6.* allegat text.
in *l. cum hæredes, in princ. ff. de acquir. hæred.* Corn. *conſ. 280. nu. 8. lib. 2.*
† Contrariũ, † ꝙ imo hæredes veniant, licet non ſint nominati a- 72
poſtill. ad Alex. *d. conſ. 153. in princ. lib. 6. in ver. tranſit*, vbi dicit de hoc
eſſe tex. in *l. cum precario. ff de precar.* † Limita; quia pœna nunquam 73
tranſit in hæredes. *l. pupillũ. § in hæredes. ff. de regul. iur.* vbi Dec. plene
declarat limitando quinq; modis. † Limita; quia renunciatio, vel 74
pactum hæreditatis paternæ factũ fratribus per ſororem, vel con-
fratrẽ, dicitur perſonale; ideo mortuis fratribus, cui factũ eſt pa-
ctũ, viuẽte adhuc patre, extinguitur; quia eſt pſonale. Bald. in pun-
cto *conſ. 437. Quædam puella, col. 2. ver. modo reuertendo, & conſ. 115. ead.*
*lib. 1. in prin. ver. in cõtrarium.* † Limita; quia priuilegia perſonalia nõ 75
tranſeunt ad hæredes, ſiue ſint perſonalia reſpectu cõcedentis, ſeu
perſonalia reſpectu eius, cui cõceduntur; quia nõ tranſeunt reſpe-
ctiue ad hæredes. *l. priuilegia. ff. de reg. iur. l. priuilegiũ, de reg. iur. in 6.* vbi
gl. plene declarat, quando priuilegiũ dicatur perſonale, & in fi. di-
ſtinguit, ſi perſonæ eſt cõceſſum, dicitur perſonale; reale vero di-
citur; ſi rebus, vel occaſione rei cõceditur: & dicit ideo priuilegiũ
minori læſo, & mulieri læſæ ex Velleiano tranſire ad hæredes; quia
nõ perſonæ, ſed læſioni eſt cõceſſũ; priuilegia vero, ne quis tenea-
tur vltra, q̃ facere poteſt, perſonalia ſunt, & ad hæredes nõ trãſeũt.
*l. iuris gentium. § pactorũ. ff. de pact.* Bald. *conſil. 437. lib. 1. in princ.* † Ex- 76
tende; quia priuilegia odioſa, & cõtraria iuri non tranſeunt ad hæ-
redes, ita Fulgoſ. *conſil. 225. in fin.* † Extẽde; quia ius nõ cõpetens, 77
prout hæreditas non delata, non poteſt ad hæredes tranſmitti, &
omnis conuentio de eo facta, antequã ſpectet, vel ſpectare poſſit,
non includit hæredes. Oldrad. *conſ. 224. n. 20. ver. præterea ius, quod*
*nõ competit.* Bald. *conſ. 131. Circa prædicta, & conſ. 132. lib. 2.* maxime hoc
procedit, ſi diſponit de eo, quod nõ poteſt conſequi; quia fit inca-
pax. Bald. *conſ. 69. Cum ſtatutum Ciuitatis, num. 2. lib. 1. & d. conſ. 437.*
*Quædam puella, in princ.* † Declara totam hanc materiam, quando 78
aliquid dicatur reale, vel perſonale, vt per Bald. *conſ. 115. Verba di-*
*cunt. n. 1.* quia realitas & perſonalitas pactorum conſiſtit in mente,
& mens probatur ratione. *l. iuriſgentium. § pactorum. ff. de pact.* igi-
tur reſtrictio fit ad perſonã expreſſam, ſi mens colligi poteſt, alias
ſecus. Vide, *Hæres in quibus repræſentet defunctum, vel non. Concluſ. 29.*

## Hæredum mentio quando alteret cõtractum, vel non. Concluſ. 76.

HÆREDVM † ſi fiat mẽtio in donatione, quæ alias pſumeretur
cauſa mortis; quia in ea eſt facta mentio mortis, donatio præ-
ſumi-

ſumitur inter viuos propter mentionem hæredũ donatarii. Bald.
2 in *l.1. C. de donat. cauſa mort.* † Contrarium videtur velle Petr. de
Anchar. *conſ.22.n.6.ver.ſed certe*, vbi, quod adiectio hæredum non
alterat naturã contractus; quia ſi fiat mentio in iis, quæ tranſeunt
ad hæredes,& ſubintelligitur; aut in iis, quæ non tranſeunt, & ſu-
3 perabundat. † Declara, vt procedat, quod mentio hæredum alte-
rat contractum eiuſdem naturæ,vel ſpeciei, prout eſt,quod dona-
tio cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos; ſecus eſt in
contractibus non habentibus ſimilitudinem; quia mandatũ non
tranſit in donationem. Petr. de Anch. *d.conſ.22.nu.8.& ſeq. ver.ſed*
4 *vnum dictũ Bal.* Vide, *Similia de facili commutantur.Concl.248.* † Am-
plia;quia procurator contrahens,licet regulariter obligetur pro-
curatorio nomine;tamen ſi adiiciat, ꝙ obligat ſe,& hæredes ſuos,
videtur obligari de ſuo proprio propter adiectionem hæredum.
5 Pet.de Anch. *d.conſ.22.n.10.ver.idẽ obſtare videtur.* † Limita, quan-
do apponitur ex cõſuetudine Notariorũ. Becc.*conſ.52.n.*118.Vide,
*Donatio cauſa mortis quãdo tranſeat in donationẽ inter viuos. Concl. 671.*

## Hæredum appellatio intelligitur de vniuerſalibus, non de particularibus, & quando ſecus. Concl.77.

1 APPELLATIO † hæredum, vel hæredis in dubio intelligitur de
vniuerſali, nõ de particulari hærede; *l.quoties. C.de hæred.inſtit.*
Alex.*conſ.124. Conſideratis iis.col.pen.num.6.ver.quia appellatione.lib.5.*
Crauet.*conſ.186.Præſens cõſultatio, in prin.* Corn.*conſ.97.Primo cõſul-*
2 *tus.in princ.lib.1.* Alex.*conſ.193.Ex themate,in princ.lib.2.* † Amplia, vt
idẽ ſit in ſucceſſore; quia appellatio ſucceſſoris intelligitur in du-
bio de vniuerſali ſucceſſore, nõ autem de particulari. *l.quædã.§.ni-*
*hil intereſt.ver.is autem.ff.de eden.* vbi Iaſ.*n.2.ver.ſecundo nota*, & primo
tenuit ibi Alex.*in princ.* Ægid.Bellam.*conſ.25.in 2.dubio.* Alex.*d.conſ.*
3 *193.in pr.lib.2.* Extende; † quia appellatione ſucceſſoris venit qui-
cunq; extraneus, niſi cõſtet de mente proferentis. Ægid.*d.conſ.25.*
4 *in 2.dubio, & in 3. dub. n. 4.* † Amplia maxime in ſtipulatione & in
cõtractibus; quia ſi pater recipit emphyteuſim pro ſe & filiis ſuis,
& hæredibus, intelligitur de filiis hæredibus vniuerſalibus; ideo
fœmina excluſa à ſtatuto,ſtantibus maſculis,licet in re certa inſti-
tuta ſit,nõ venit ad talẽ emphyteuſim.Bald.*conſ.448.Primo conſide-*
*randũ.lib.3.per tot.*vbi,quod proprie nõ eſt hæres in re certa inſtitu-
tus.Alex.*d.conſ.124.Conſideratis iis,n.6.lib.5.* vbi apoſtil.allegat con-
cord.& iterũ plena apoſtil.ad Alex.*conſ.128.Conſideratis,n.8.lib.1.in*
5 *ver.in re certa*,vbi citat conſ.Bal.& multos cõcord. † Contrariũ te-
net Alex.plene *conſ.8.Viſis ſubtiliſſimis,in pr.n.2.& ſeq.lib.3.* vbi,quod
emphyteuſis Eccleſiaſtica cõceſſa Titio pro ſe, filiis, & hæredibus
debet intelligi de deſcẽdẽtibus ſiue ſint hæredes vniuerſales , ſiue
in re certa, etiã in re certa diſpares ; quia in iis, quæ nõ ſunt tranſi-
bilia ad extraneos, ſed ad ſolos deſcẽdentes,hæredis appellatione
6 venit deſcendens in re certa. † Declara ſecundũ apoſt.ad Alex.*d.*
*conſ.128. in fi.lib.1.ver.in re certa.* quia ſi extant plures filii habiles, &
vniuerſales,illi ꝓferuntur filialib⁹ fœminis excluſis, licet ſint in re
particulari hæredes;ſi vero nõ extarent alii filii hæredes vniuerſa-
les,ſed in re certa inſtituti;tunc procedit contrariũ; quia contem-
7 platione deſcendentiũ facta eſt acquiſitio. † Amplia in gratia, &
reintegratione facta ꝑ Principẽ ad fauorem hæredũ & ſucceſſorũ
damnati etiã in crimine læſæ maieſtatis; quia hæredes vniuerſales
habebunt vniuerſalẽ hæreditatẽ,particulares vero habebunt par-
ticularẽ ſucceſſionem, & particularia legata , ſi nõ fuerunt bona à
teſtatore alienata; quia eſſet reuocatũ legatum. Alex.*conſ.161.Viſis*
*narratis,per tot.lib.7.* & pluribus confirmat *conſ 95.eod.lib.* vbi tollit
8 contraria. † Extendit Alex.*d.conſ.161.& conſ.95.lib.7.* vt procedat,
etiã ſi hæredes vniuerſales eſſent extranei inſtituti,& filia damnati
eſſet particularis hæres ; quia adhuc reſtitutio facta ꝑ Principẽ ſic
9 intelligẽda erit. † Extende per plura ſimilia;quia ſi eſt adita hære-
ditas ab vniuerſali hærede; quia ob cõtrauentionem,vel alias pri-
uatur,diſtributio hæreditatis debet fieri ſubſtitutis vocatis ad vni-
uerſam hæreditatẽ primo loco *auth. hoc amplius.C.de fideicom.* Alex.
10 *d.conſ.161.in prin.lib.7.* † Sic etiã extẽditur in renouatione emphy-
teuſis finitæ; quia debet fieri renouatio hæredibus; quia intelligi-
tur de hæredibus deſcẽdentibus, quatenus ſint inſtituti vniuerſa-
les , alias intelligitur de hæredibus extraneis vniuerſalibus. Alex.
*d.conſ.161.in prin.ver.confirmatur, lib.7.* vbi apoſtil. in *ver.præferri*, dat
11 concord. † Limita,quando eſſent adiecta verba,*quibuſcunque*; quia
intelligerentur de hærede,& de ſucceſſore tã vniuerſali,q̃ particu-
lari.Iaſ.*d.l.quædã.§.nihil intereſt,n.3.ver.limita quatuor modis.ff.de eden.*
Alex.ibidẽ *in princ.* vbi allegat pro hac opinione Bald. in *cap.Impe-*
*rialem, in princ.in penul.col.de prob.feud.alien.* Dec. in *rubr.de prob.n.12.*
*ver.ſecundo limitatur.* vbi, quod etiã legatarius comprehenditur, vt
12 verba aliquid operẽtur. † Limita,quando verbũ,*hæredibus* profer-
tur de per ſe, vel verbũ, *ſucceſſoribus*, de per ſe ; ſecus ſi ſimul profe-
rantur;quia diſpoſitio loquens de hæredibus, & ſucceſſoribus,in-
telligi poteſt de ſingulari;quia illud verbũ, *ſucceſſoribus*, abundaret.
Alex.*conſ.193. Ex themate præmiſſo, lib.2. in prin.* ſequitur Purpur. in
addit.ad Iaſ. in *d.l.quædã.§.nihil intereſt,in ver.cumularentur ff.de eden.*
vbi allegat Curt.in *tract.de feud concl.40.col.9.*Curt.Iun.*conſ.4.in fi.*
Socin.*conſ.257.in fi.& conſ.266.n.37.lib.2.* † Contrarium tenet Iaſ. 13
in *d.l.quædã.§.nihil intereſt n.4.in 2.limitat.ver.teneo cõtrariũ ff.de eden.*
quia imo intelligitur de vniuerſali vtroq; caſu , neq; verbum , *ſuc-*
*ceſſoribus*,abundat; quia intelligitur,*hæredibus*,qui ſuccedent de iure
ciuili,& *ſucceſſoribus*, qui ſuccedent de iure prætorio, vbi allegat A-
lex.idẽ tenentem ibi,& ſibi contrariũ in *1.not.*prout contrariũ te-
net, allegat Imol. in *l.quod dicitur, la ſeconda in fi.ver. poteſt etiã dici.ff.*
*de verb.obl.* vbi ſequitur hanc partẽ dicens,quod ſatis operatur ver-
bũ,*ſucceſſoribus*,dum includit de iure prætorio ſucceſſores vniuer-
ſales, ſequitur Curt. Sen. *conſ.45.Sæpe reuoluta,n.23.ver.ad vltimum.*
Iaſ.*conſ.89.col.3.ver.ſexto benefacit.lib.3.* vbi *in fi.ver.quarto dicitur*; at-
teſtatur de * cõmuni, à qua in iudicando nõ eſt recedendũ, & pro *
hac parte Alex.*conſ.10.n.10.lib.3.* † Declarat Alex. *conſ.193. Ex the-* 14
*mate,n.3. ver.ex quib.lib.2.* vt ſi materia eſt fauorabilis, & lata, prout
in beneficio Principis, veniat ſingularis ſucceſſor; ſi vero materia
eſt ſtricta,ſecus eſt. † Declarat Dec.*conſ.171.n 5.*vt ſi procedat limi- 15
tatio, ꝙ intelligatur de ſingulari hærede, intelligatur, dummodo
non ſit extraneus. † Declara ; quia materia eſt multũ dubia, vt di- 16
cit Pariſ.qui allegat pro vtraq; parte *conſ.71.n.37.cũ ſeq.lib.3.*Socin.
Iun.*conſ.57.n.6.ver.illa enim verba.lib.2.* † Limita tertio,niſi eſſemus 17
in beneficio Principis, vel alia diſpoſitione, quæ latã reciperet in-
terpretationem, & ita loquitur Alex.*d.conſ.193.in prin.lib.2.* ſequi-
tur Iaſ. *d.l.quædam.§.nihil intereſt,n.5.ver.tertio limita.ff.de eden.* † Re- 18
ſtringe limitationẽ,niſi materia fauorabilis,& quæ appellatur be-
neficiũ Principis,de ſui natura excluderet, prout in feudo, ita Iaſ.
in *d.l.quædã.§.nihil,in 3.limit.in fi.n.5.ff.de eden.* † Limita quarto;quia 19
ſingularis ſucceſſor venit appellatione hæredis , vel ſucceſſoris
quoad ius excipiẽdi; ſecus quoad ius agẽdi, vel cõtrahẽdi; quia ius
excipiendi tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem. Alex. *d.l.quædã. §.nihil*
*intereſt,n.3.ver.item intelligat*, vbi Iaſ. *n.6. ver. quarto limita. ff.de eden.*
Reſtringe, † vt procedat in conceſſione reali ; ſecus in perſonali ; 20
quia tunc neq; quoad excipiendũ, neq; quoad agendum procedit
limitatio,ita Iaſ.*conſ.89.in fin.lib.3.ver.non obſtat vltimum* † Limita, 21
quando cõſtat de mente diſponentis; quia intelligitur de hærede
particulari,veluti ſi quis donat ꝓpter nuptias certa bona, & dicit,
ꝙ poſt mortem donatarii filii donatarii ſint hæredes;quia intelligi
debet de hærede improprio, & particulari. Caſtr.*conſ.348.col.2.&*
*n.2.lib.1.*& idẽ, quando verba neceſſario ita debent intelligi. † Ex- 22
tende; quia idẽ eſt *hæres*,quod verbũ,*dominus*. Caſtr.*d.conſ.348.n.2.*
*lib.1.& conſ.579.Primo videndũ,in fi.lib.eod.*vbi,ꝙ filius dicitur hæres
patris viuẽtis improprie, ſed exponitur dominus; quia filius quaſi
dominus dicitur bonorũ patris. † Extende;quia hæres ſumitur a- 23
liquando pro ſucceſſore ſingulari.Caſtr.*d.conſ.348.nu.2.lib.1.* † Ex- 24
tende ; quia ſecundũ communem vſum loquendi homines groſſi
appellant hæredem illũ,qui ſuccedit in aliquibus bonis particula-
ribus. Caſtr.*d.conſ.348.n.2. lib.1.* † Et liberi largo modo dicuntur 25
hæredes etiã viuente patre,licet nõ ſint actu,ſed habitu.Caſtr.*conſ.*
*411.Viſo facto,col.2.circa med.ver.nec conſtat.lib.1.* † Et nepotes ex filio 26
præterito filio dicuntur hæredes habitu, ſed nõ actu. Caſtr. *d.conſ.*
*411.col.2.lib.1.ver.nam ibi appellat.* † Et inſtitutus in re certa,quando 27
eſt de deſcendentibus teſtatoris,admittitur ad emphyteuſim con-
ceſſam pro ſe, filiis,& deſcendentibus,& hæredibus. Alex.*conſ.9.*
*Viſis, n.3.ver.ad idem*, & plenius *n.10. circa fin.ver.item,& tertio,lib.2.*

## Hæredum,& filiorum appellatio an de legitimis,& naturalibus,& de quibus intelligatur. Concl.78.

SVBSTITVTIO † facta filio hæredi , ſi decedat ſine hærede , eua- 1
neſcit, ſi relinquat hæres filiũ naturalem , quando extraneus e-
rat ſubſtitutus,niſi cõiecturæ in contrariũ appareãt. Bald.*conſ.319.*
*Puncta,ſuper quib.n.3.ver.ſuper tertio.lib.4.* † Reſtringe,quando hæres 2
grauatus eſſet perſona in dignitate cõſtituta; quia tunc naturales
non facerent deficere ſubſtitutionem , ex quo naturales in totum
ſuccedere nõ poſſunt.Dyn.*conſ.6.Ex teſtamento domini,n.7.ver.tertiæ*
*dubitatio.* Vide, *Subſtitutio facta decedenti quando intelligatur, ſi ſine filiis,*
*vel non. Concl.843.* † Amplia;quia appellatione filiorũ veniunt na- 3
turales; & ideo ſi pater ſubſtituit filio decedenti ſine filiis, ſi habet
filios naturales,ſubſtitutio euaneſcit; quia appellatione filiorũ iſti
cõprehenduntur. † Reſtringe,quando ageretur de præiudicio le- 4
gitimorũ,vt quia pater priuaret legitimos facultate alienandi,vel
diſponendi,ſi filios habuerint;quia nõ intelligitur de naturalibus.
Bald.*d.conſ.319.n.8.ver ſuper octauo, vſq; in fi.lib.4.* Vide, *Filiorum ap-*
*pellatio intelligitur de legitimis,& naturalibus,& quando ſecus.Concl.373.*

Hære-

## Hæredũ appellatio de propriis deſcendentibus quando ſit neceſſario intelligenda. Concluſ. 79.

1 PRimo † ſi abſurditas reſultat, quando ſit mentio de hærede in
materia, quæ de ſui natura non poteſt tranſire ad hæredem, vt
eſt vſusfruct⁹. Ang.*conſ.306.circa princ.* incip.*Clariſſime, ver.reſultat*
*autẽ abſurditas*, quod conſiliũ eſt inſertum per Alex.*conſ.ſuo 36.Viſo*
2 *themate, n.6.& ſeq.* maxime *n.8.lib.3.* † Idẽ, quando ſtatutũ excludit
filias fœminas, & vocat hæredes; quia intelligitur de hærede maſculo,
& deſcẽdente ad tollendum abſurdum & iniquitatẽ. Gabr.
3 *conſ.10.n.4.lib.2.* allegat Grauet.*conſ.131.n.7.* † Idẽ, quando ponitur
in cõditione, *ſi deceſſerit ſine hærede*; quia abſurdum eſſet; quia nullus
moritur ſine hærede, ex quo in ſubſidiũ intrat fiſc⁹. Caſtr.*conſ.453.*
4 *Ego Paulus, ver.tertius, lib.2.vſq; in fin.* † Abſurditas ſi reſultaret intelligẽdo
de hærede, extraneo, fit reſtrictio ad filios, & deſcendentes.
Curt.Sen.*conſ.45.in fi.n.23.ver.& ſi quiſpiã.* Fulg.*conſ.17.Teſtator qui-*
5 *dã, in princ.* † Secundo impoſſibilitas reſultat, quãdo de hærede viuẽtis
diſpoſitio loqueretur; quia eſt impoſſibile viuentem habere
hæredẽ, ideo neceſſario coarctatur ad filios, & deſcẽdentes tenentes
primũ locũ. Ang.*d.conſ.306.n.2.ver.antiquitas dubitabat.* Caſtr.
*conſ.379.n.2.ver.ſecundum ſimiliter patet, lib.1.* vbi apoſt.in *ver.de filiis.*
allegat Alex.*conſ.56.col.1.& 2.lib.1.* & clarius idẽ Caſtr.*conſ.453.Ego*
*Paulus, in princ.ver.primus caſus.lib.2.* vbi apoſt.citat Dec.*conſ.294.In*
6 *teſtamẽto Comitis.* Alex.*d.conſ.36.n.9.lib.3.* † Tertio iniquitas reſultat,
quãdo interpretatio eſſet cõtraria intẽtioni diſponẽtis, veluti
ſi teſtator dicat, *quiſquis mihi hæres erit, ſuccedat filio meo, ſi deceſſerit in*
*pupillari*; nã intelligitur de hærede ſcripto per teſtatorem, nõ de omni
hærede in infinitũ Angel.*d.conſ.306.n.3.ver.reſultat iniquitas.*
7 Gabr.*d.conſ.10.n.4.lib.2.* Alex.*d.conſ.36.n.10.lib.3.* † Quarto ſi natura
rei, ſuper qua diſponitur, repugnat, ꝓut in feudo, in emphyteuſi
Eccleſiæ, & ſimilibus; quia non omnes hæredes admittuntur, ideo
intelligitur de hæredibus ſecundũ naturã rei. Ang.*d.conſ.306.n.3.*
*ver.repugnat autem natura.* Curt.Sen.*conſ.45.n.23.ver.ad vltim.* Caſtr.
*d.conſ.453.Ego Paulus, ver.ſecundus caſus, lib.2.* vbi apoſt.citat Dec.*conſ.*
*208.Ad clariorem.col.3.ver.ſolũ ſupereſt reſpondere.* Alex.*d.conſ.36.n.11.*
☞ *lib.3.* Vide, *Feudum pro ſe & hæredibus de quibus intelligatur. Concl.159.*
8 † Quinto natura diſpoſitionis repugnat, quãdo diſpoſitio redderetur
inutilis; nã ſi quis ſubſtituat Titio Seiũ, quatenus Titius decedat
ſine hærede; ideo intelligi debet de deſcẽdente; quia alias eſſet
eluſoria diſpoſitio; quia non diceretur decedere ſine aliquo hærede.
Ang.*d.conſ.306.n.3.in fi.ver.repugnat autem*, & plenius Caſtr.*d.*
*conſ.453.Ego Paulus.ver.tertius quando.lib.2.* vbi dicit, ꝙ ſi ſit dictum,
*ſi deceſſerit ſine hærede*; quia cõditio debet ſe habere ad eſſe, & nõ eſſe,
debet intelligi de filiis, & deſcẽdentibus; quia hæres ſemper eſt fiſcus
in ſubſidiũ, & ſic ſi de hærede extraneo nõ intelligeretur, cõditio
non haberet ſe ad eſſe, & non eſſe, & vocat hunc terminũ, ab
9 abſurdo vitando Alex.*d.conſ.36.n.11.in fi.lib.3.* † Sexto mens veriſimilis
reſtringit ad deſcendentes. Gabr.*d.conſ.10.n.5.lib.2.* & eadem
mens veriſimilis, ſicut reſtringit ad deſcendentes; ita etiã extendit
ad extraneos. Alex.*conſ.139.Circa primũ, n.7.ver.nã appellatione, lib.6.*
10 † Et ideo quando teſtator facit plures gradus ſubſtitutionũ in deſcẽdentes,
& vltimo vocat fratrẽ, & eius ſucceſſores, licet verbũ,
*ſucceſſores*, etiã extraneos cõtineat; tamen ad ſucceſſores ſanguinis
debet ex mente reſtringi, ita Ægid.Bellam.*conſ.25.ver.ad ſecundum,*
11 *n.2.& ſeq.* † Idẽ in eo, qui habens filias fœminas inſtituit extraneũ
amicũ, & illius hæredes; quia intelligi debet ex mente de deſcendentibus
hæredis; ideo ſi moritur ſine filiis non adita hæreditate,
filia inſtituta in re certa efficitur hæres vniuerſalis. Caſtr.*conſ.114.*
12 *Procedẽdo, n.3.& 4.lib.1.& n.5.ver.nunc eſt videndũ.* † Idẽ, quãdo ſequeretur
cõtra mentẽ teſtatoris repugnantia, vt magis videretur dilexiſſe
extraneos, q̃ ſuos. Caſtr.*d.conſ.453.in fin.ver.eſt & quartus caſus,*
13 *lib.2.* † Et ꝙ dicitur de inſtitutione, idẽ eſt in ſubſtitutione facta filiabus
ſuis de Titio amico teſtatoris, & hæredibus illius; quia duntaxat
filii, nõ autẽ hæredes extranei ipſius hæredis cenſentur ſub-
14 ſtituti. Caſtr.*d.conſ.114.n.5.ver.nunc eſt videndũ.* † Idẽ, quando teſtator
inſtituit filios, & ſi ipſi, vel eorũ hæredes deceſſerint ſine filiis,
ſubſtituit extraneũ; nã ſecundũ mentẽ hæredes nõ intelliguntur
extranei, ſed filii filiorũ, & deſcẽdentes, alias extraneus reſtitueret
extraneo, & quia patet, ꝙ tunc vocat extraneũ, quando nõ adſunt
deſcẽdentes. Caſtr.*conſ.379.Primo videndũ, n.3.ver.ſecundo probatur,*
☞ *lib.1.* † Vide alia plura ſimilia Cõcluſione proxima ſequenti. † Idẽ,
15 quando inſtituit filios, & deſcendentes maſculos, & illis deficien-
16 tibus vocauit agnatũ, & illius hæredes; quia intelligitur de hæredibus
maſculis deſcendentibus, quando nullis extantibus, vocat
conſortiũ Sanctæ Mariæ. Alex.*conſ.105.Perſpectis.n.2.ver.ex quibus*
*apparet, lib.1.* vbi etiã adducit abſurdũ; quia ſi extranei vocarentur,
teſtator excluſiſſet filias fœminas propter extraneos, & ibi apoſtil.
in *ver.Fulgoſ.* † Septimo vſus communis loquendi facit, quod in 17
ſubſtitutionibus ſemper, quod teſtator ſubſtituit hæredes hæredis,
intelligitur de filiis hæredis, vel deſcendentibus. Bald.*conſ.325.*
*Viſo teſtamento, lib.4.* Fulgoſ.*conſ.17.in princ.* † Extende; quia ſecun- 18
dum communem vſum loquendi maxime in ruſticis, ipſi dum dicunt
in aliqua diſpoſitione, *hæredes ſuos*, intelligunt deſcendentes
ſuos. Bart.*conſ.52.Salimben.n.4.ver.ad quod reſpondetur.lib.1.* & repetit
*conſ.63.Ex facto, circa fi.lib.2.* Ang.*conſ.59.D.Andrea*, ſequitur plures
allegando Decian.*conſ.50.n.13.& 14.lib.1.* † Extende; quia imo 19
ſecundũ cõmunem loquendi vſum, ſi quis loquitur, vel diſponit
aliquid circa hæredes extranei, quem non cognoſcit, cenſetur loqui,
& diſponere circa deſcẽdentes talis extranei, ita apoſt.ad Bart.
*d.conſ.52.n.4.lib.1.in ver.filii ſui*, allegat inter alios Cor.*conſ.272.In*
*hac conſultatione, col.2.lib.4.* vbi dat concor. † Limita, quãdo fuit ad- 20
dita dictio, *quibuſcunq; hæredibus*; quia etiã in materia nõ tranſitoria
extranei cõtinentur hæredes. Vide, *Emphyteuſis cõceſſa vni ex hæredibus
ſuis ad quos tranſeat. Concl.165.* Vide; *Feudum pro ſe & hæredibus de
quibus intelligatur. Concl.159.& ſeq.* Vide Ant.Gabr.*lib.6.tit.de verbor.
ſignific.Concluſ.4. Hæredum appellatione propter dictionem, quibuſcunque.*

## Hæredum appellatio intelligitur de omnibus etiam extraneis, & quando ſecus. Concluſ. 80.

HÆredum † appellatione veniunt omnes hæredes etiã extra- 1
nei. Specul.in *tit.de locato.§.nunc aliqua, ver.113.* quod intelligas
de materia tranſitoria ad extraneos, & quando non eſt facta mẽtio
de maſculis. Curt.Sen.*conſ.45.Sæpe reuoluta, in fi.n.23.ver.ad vlt.* Fulgoſ.*conſ.17.Teſtator quidã, in prin.*
vbi declarat in materia indifferenti,
& quando non conſtat de contraria mente ex coniecturis. Fulg.
qui loquitur in inſtitutione ſororũ, & hæredum illarũ, vt veniant
extranei, maxime ſi ſunt de familia. Caſtr.*conſ.45.Videtur dicendum,*
*in fi.& conſ.189.Viſo inſtrumento, in prin.lib.2.* vbi apoſtill.citat Soc.
*conſ.157.ver.aliquãdo, & quarto, lib.2.* † Extende, vt intelligatur in in- 2
finitum, & ſic de quibuſcunq; hæredibus etiam vlterioribus, q̃ ſit
hæres hæredis. Curt.Sen.*conſ.45.n.23.ver.ad vltimum*, ꝙ conſilium
eſt ſubſcriptũ à Chriſtophoro Buttigella, & toto collegio Papien.
Zabar.*conſ.133.in fin.n.7.* † Declara; quia appellatio hæredum de 3
quibus intelligatur, an de deſcendentibus, vel de extraneis, ſtamus
declarationi proferentis, ſi de ea poteſt apparere. Ang.*conſ.110.Sãctiſſima,
col.2.in princ.ver.item præmitto.* † Extende maxime, quando 4
adeſt dictio, *in perpetuũ.* Caſtr.*d.conſ.189.in princ.lib.2.* † Reſtringe, 5
niſi ſit dictũ de hæredibus ſuis; quia tũc intelligitur de hæredibus
deſcendentibus. Io.Andr.in *addit.ad Specul.tit.de locato.§.nũc aliqua.*
*ver.113.in ver.ſuis.* vbi dicit ita ponderaſſe Vber.de Bobio. Vide, *Suus,* ☞
*ſua, ſuũ*, quid importet, & de clauſula, *per ſe, & ſuos.* Conc.923. † De- 6
clara; quia diſpoſitio loquẽs de hæredibus & ſucceſſoribus in teſtamentis
ſemper intelligitur de deſcendentibus, quando reſultaret
iniquitas, vel abſurditas, vel eſſet contra mentem teſtatoris, ſi alia
interpretatio ſumeretur. Curt.Sen.*d.conſ.45.in fi.n.23.ver.& ſi quiſpiam
ſubtiliter.* Fulgoſ.*conſ.17.Teſtator quidam, in princip.* † Amplia, vt 7
procedat, ꝙ diſpoſitio loquens de hæredibus, & ſucceſſoribus intelligatur
de omnibus, etiã ſi ipſi hæredes, & ſucceſſores ſint prohibiti
alienare; quia ſatis operatur prohibitio, ex quo hæreditas
ſemper cõſeruatur penes hæredes, & ſucceſſores vniuerſales Cur.
Sen.*d.conſ.45.in fine.n.23.ver.& ſi aliquis oppoſuerit.* † Amplia; quia in 8
materia indifferẽti tranſitoria ad quoſcunq; hæredes, prout eſt libellus,
ſeu emphyteuſis prophana, ſi facta eſt inueſtitura Titio ꝓ ſe
& filiis ſuis, & hæredibus, cẽſentur vocati omnes hęredes extranei,
licet non ſit dictũ, *quibuſcunque*; quia copula auget, ita plene Alex.
*conſ.120.Super eo, in prin.ver.ſed præmiſſis, lib.1.* vbi tollit omnia cõtraria,
& iterum plenius *conſ.87.Accurate, n.9.& ſeq.ver.nec etiã obſta.*
*lib.6.* vbi *n.12.* reddit rationem; quia cũ dicat, *pro filiis, & hæredibus,*
copula auget, & verbũ, *hæredes*, applicatur extraneis, & tã maſculis,
q̃ fœminis, vbi apoſt.in *ver.& hæredes*, dat concord. pro vtraq; parte,
& dicit, quod hæc eſt vera opinio, quam communem ibi* dicit
Alex.*n.10.ver.quia ad hoc reſpondeo.* † Contrarium conſuluit Alex. 9
*conſ.44.Viſo themate.lib.1.* vbi, ꝙ inueſtitura facta de emphyteuſi
Eccleſiæ Titio pro ſe, & ſuis liberis, & hæredibus, cenſetur facta liberis,
& hæredibus ſimul, ita ꝙ ſint volentes ſuccedere, & liberi, &
hæredes, vbi plena apoſt.in *ver.vtramq;* citat plurimos cõcordãtes,
& cõmunem * dicit idem Alex.*conſ.128.Conſideratis, n.6.ver.& illa*
*verba, lib.1.* & verã cõmunem * dicit vtramq; *conſ.87.n.9.& 10.lib.6.*
† Declara; quia nulla eſt contrarietas, quia quando materia eſt in- 10
differens; quia poteſt tranſire ad quoſcunq; hæredes; tunc dictio,
*& hæredes*, ſtat ampliatiue, nõ copulatiue, & tranſit primo ad filios,
poſtea ad hæredes quoſcũq;; ſi vero dictio, *ꝓ filiis, & hæredib.* ponitur
in materia nõ trãſitoria ad extraneos, ꝓut in feudo, & emphyteuſi
Eccleſiaſtica; tũc ſtat copulatiue, vt hæredes ſint de filiis, vel
de libe-

de liberis,ita declarat plene apoſt.ad Alex.*conſ.*120.*in ver.extranei,*
*li.*1.vbi citat pro vtraq; parte,&ita conciliat allegando authorita-
tes,vbi etiam idem tenet, ꝙ requiratur vtrumq; copulatum, qñ
eſſet conceſſio reſtricta ad certum tempus, alias ſecus in dubio,
& eodem modo declarat Alex.*d.conſ.*87.*Accurate, n.* 9.*&* 10.vbi
* dicit vtranq; * communẽ,ſed *n.*12.declarat, vt prima opinio pro-
11 cedat in materia indifferẽti, contrariũ in materia differẽti.† Vi-
de tamen eundem Alex.*conſ.*80.*Viſo,& opportune,n.* 12.*in ſin.ver.&*
*hæc procedunt.& n.*13.*li.*1. vbi dicit,quod in emphyteuſi Eccleſiaſti-
* ca,quæ de iure communi,& de conſuetudine ſecundum * cõmu-
nẽ nõ tranſit ad hæredes extraneos,ſed ad omnes deſcendentes,
verba,*pro ſuis liberis*,intelliguntur vſq; ad trinepotem,& verba,*&*
*deſcendentib,* intelliguntur vſq; ad ſequentes omnes deſcendẽtes;
quia copula cadens inter duo adiectiua non requirit reſpectu v-
nius ſubſtantiui concurſum vtriuſq;, vbi apoſt. citat eundem A-
12 lex.*conſ.*25.*col.*3.*li.*7.† Limita in materia non tranſitoria de ſui na-
tura ad hæredes extraneos; quia appellatione hæredum non ve-
niunt hæredes extranei Bar.& alii in *l. Gallus.§.etiam ſi parente.ff. de*
*liber.& poſth.*Curt.Sen.*conſ.*45.*in fi.n.*23.*verſ.ad vlt.*plene Alex. in *l.*
*quod dicitur.*poſt Imo.ibi *col.pen.ff.de verb.oblig.*vbi,ꝙ intelligitur de
deſcendentib.vel de maſculis ſecundum ſubiectam materiã feu-
☞ di,vel emphyteuſis. Vide, *Emphyteuſis conceſſa vni & hæredib. ſuis ad*
*quos tranſeat. Concl.* 165. Vide, *Feudum pro ſe, & hæredib.de quib.intelli-*
13 *gatur.Concl.*159.*n.*9.*& ſeq.*† Extende,vt procedat reſtrictio tam ex
teſtamento,quam ab inteſtato,& per alienationẽ,Curt.Iun. *conſ.*
14 4.*n.*2.*v.præmiſſis tamẽ nõ obſtãtib. li.*1.*per tot.conſ.* vbi eſt caſus.† De-
clara extenſionẽ, vt non procedat, qñ vltimus moriens eſſet in-
fans; quia non dicitur decedere inteſtatus, ſed inteſtabilis.Bald.
15 *conſ.* 114. *Quædam moniales,li.*1.† Reſtringe,qñ eſſet dictum, *pro ſe,*
*& hæredibus ac ſucceſſorib.* quia intelligitur de extraneis, quia illud
verbũ,*ſucceſſorib.*abundaret.Alex.*conſ.*193.*in pr.li.*2.Barth.Soc.*cõſ.*
257.*Viſis inueſtituris,n.*5.*ver.vnde in propoſito.vſq; in fi.* vbi loquitur in
feudo,& idẽ Soc.*conſ.*266.*In cauſa, quæ vertitur,n.*37.*v præterea*, vbi
loquitur in emphyteuſi Eccleſiaſtica,*li.*2. Curt. Iu. *d.conſ.* 4. *Super*
*controuerſia,in n.*23.*ver.decimo,& vlt.vſq; in fi.*Cor.*conſ.*16. *Aperta frõ-*
16 *te,n.*11.*&* 12.*ver.maxime quia ſubdit,li.*1. † Cõtrariũ tenet Io. de Im.
in *d.l.quod dicitur,la ſeconda,ff.de verb.oblig. circa fi.ver. poteſt etiam di-*
*ci.*Alex.in *l.quædam.§.nihil, in pr.ff.de eden.* vbi Iaſ.*n.*4.*in* 2.*lim.*Alex.
*conſ.* 10. *Ponderatis iis circa fi.n.* 10.*li.*3.Dec.*conſ.*171.*In cauſa venerabi-*
*lium.n.*5.*v.dum ergo dicitur, & conſ.* 208.*n.*7. *ver.ſi ergo feudum.* Curt.
Sen.*conſ.*45.*in fi.n.*23.*ver.ad vlt.*Iaſ.in *conſ.* 89. *In præſenti conſultatio-*
*ne,col.*3.*ver.ſexto benefacit.li.*3. vbi *in fi. verſ. quarto dicitur.* dicit hanc
* eſſe cõmunẽ * opinionẽ,à qua in iudicando nõ eſt recedendũ,&
* magis communẽ * dicit Alex.*conſ.*28.*n.* 20.*li.*5. quia illud verbũ,
*ſucceſſorib.*intelligi debet de iure prætorio,& ibi apoſt.quæ dat cõ-
17 cord.† Declara,vt veniãt hęredes ſingulares,ſed nõ extranei.Dec.
*conſ.*171.*n.*5.*ver.& dũ copulatiue,* vbi ad hoc inducit Alex.*conſ.*193.*li.*
18 2.† Declara primo,vt prima opinio procedat,quod veniũt extra-
nei appellatione hæredum, & ſucceſſorũ, qñ ſumus in feudo ir-
regulari,& ſecundum quid;non a.in proprio feudo;cuius natura
eſt excludere fœminas, & extraneos.Soc.*d.conſ.*257.*circa fi. ver.ſe-*
*cundum quod proprie.li.*2.vbi loquitur in feudo cenſuali. Corn.*conſ.*
16.*Aperta fronte,n.*11.*&* 12.*ver.& maxime quia, & nu.*21.*verſ.non enim*
19 *obſtat,li.*1.† Declara ſecundo,qñ conceſſio emphyteuſis Eccleſia-
ſticę,vel feudi,non eſt facta ſecundum naturã ſuã,& in perpetuũ;
quia tunc extranei hæredes cenſentur vocati ex illis verbis,*pro ſe,*
*& hæredib.& ſucceſſorib.* Soc.*conſ.* 266.*n.*37.*ver.& maxime dicta opin.*
20 *li.*2.† Declara,vt appellatione hæredũ, & ſucceſſorũ veniant ex-
tranei,qñ emphyteuſis Eccleſiaſtica eſt conceſſa alienabiliter per
verba,*& quib.dederit;*quia tunc ſine dubio hæredes, & ſucceſſo-
res important ẽt extraneos.Curt.Iun.*d.conſ.*4.*n.*9.*&* 10.*v.quarto*
*principaliter,*ſequitur Pariſ.*conſ.*40.*&* 41.*v.& ideo in caſu præſenti,li.*3.
* 21 vbi dicit hanc * cõmunẽ, & indubitatã. † Declara,vt ſi diſpoſitio
cantat in hęredes & ſucceſſores cũ prohibitione alienationis,de-
beat intelligi de hęrede vniuerſali,non a.de particulari.Cur.Sen.
*conſ.*45.*in fi.n.*23.*v. & ſi aliquis oppoſuerit.*vbi, ꝙ ſatis operatur pro-
hibitio; quia hæreditas ſemper remanet vnita ſub nomine teſta-
22 toris apud vniuerſalẽ ſucceſſorẽ etiã extraneũ. † Declara multis
☞ caſib. vt in *ver. hæredum appellatio de quib.intelligatur, an de vniuerſali,*
*vel particulari, Concl.* 77.quia quot limitationes ibi ponuntur,tot
23 ſunt declarationes in caſu iſto.† Reſtringe limitationem,qñ eſſet
dictũ,*pro ſe, & hæredib.cuiuslibet eorum;*quia verba diſtributiua fa-
ciunt,vt etiã extranei cõprehendãtur.Pariſ.*conſ.* 71. *Simplex diui-*
*ſio,n.*35.*ver.vlterius, li.*3. & latius *n.* 42.*ver.præterea diuidentes,* vbi, ꝙ
perinde eſt,ac ſi eſſet dictũ,*pro ſe & hæredib.& ſucceſſorib.quibuſcunq;*
24 *& n.*43.† Reſtringe, qñ eſſet dictũ,*pro ſe & hæredibus, & ſucceſſoribus*
* *quibuſcunq;*,Pariſ.*d.conſ.*71.*nu.* 42. *ver. præterea diuidentes*, vbi dicit *
communem,*li.*3. & allegat multos concor.quos vide.Soc.*cõſ.*266
*In cauſa,quæ vertitur,n.*37.*ver. præterea Bal.li.* 2.ſequitur Cur. Iun. *d.*
*conſ.*4.*in fi.* vbi dicit * communem.† Reſtringe, qñ conceſſio eſt * 25
facta pro hæredib. & ſucceſſorib.in perpetuum;quia ſi conceſſio
eſt perpetua,tranſit etiam ad extraneos,ita Soc.*d.conſ.*266.*n.*37.*v.*
*ſecundo præmiſſa confirmantur, li.*2. vbi loquitur in emphyteuſi Ec-
* cleſiaſtica,ſequitur Curt.Iun.*d.conſ.*4.*in fi.* † Cõtrariũ tenet Dec. 26
*conſ.*171.*In cauſa venerabilium.n.*6.*ver.non obſtat ſucceſſiue.* † Reſtrin- 27
ge limitationẽ,qñ eſſet dictũ,*pro ſe, & hæredib. vel deſcendentibus, &*
*quib.dederit;*quia veniunt extranei,etiam in emphyteuſi Eccleſiæ.
Pariſ.*d.conſ.*71.*num.*44.*ver.& ideo Curt.li.*3.Soc.*conſ.*257.*num.*5.*li.*2.
vbi loquitur vterq; in feudo.Curt.Iu.*d.conſ* 4.*Super controuerſia,in*
*pr.*vbi dicit * communẽ. Vide,Clauſula,*& quib.dederis,* quid ope- *
retur.*Concl.*295. Vide, *Feudum pro ſe, & hæredib.de quibus intelligatur.* ☞
*Concl.*159.† Limita in ſubſtitutionib.factis de Titio, & hæredib. 28
vt intelligantur de deſcendentib. Titii ſecundũ * cõmunem vſũ *
loquendi,& veriorem opinionem.Bald.*conſ.*325.*Viſo teſtamento,li.*
4.Fulg. *conſ.*17.*in pr.*Bald.*conſ.*401. *& ſeq.Proponitur,quod Manfredi-*
*nus,li.*4.vbi, quod Doctores antiqui ita indiſtincte tenent, idem
tenet Ang.*conſ.*306.*Chariſſime frater.*Caſt.*conſ.*375.*Primo vidẽdum.*
† Extende maxime, qñ teſtator ſubſtituit duas filias fæminas, & 29
earum hæredes; quia intelligitur de hæredib.deſcendentib.ma-
xime,quia ſi vna filia ſuperuiueret, alia v.filios non haberet,neq;
reliquiſſet, ſed extraneos inſtituiſſet, certe iniquũ eſſet ꝙ extra-
nei concurrerent cum filia ad ſubſtitutionem.Ang.*d.conſ.*306.*per*
*tot.*vbi plene.† Cõtrariũ tenet Fulg.*conſ.*58.*Paterfamilias,*vbi,quod 30
teſtator,qui ſorores inſtituit, & earum hæredes,intellexit de ex-
traneis, maxime ſi ſunt de eadem familia.† Limita;qa hæredum 31
appellatione veniunt ſolũ filii,vt filii, nõ vt hæredes, qñ teſtator
inſtituit filiũ,& illius hæredes,& ſi decedat ſine filiis,inſtituit ex-
traneos;quia prima inſtitutio de filio,& hæredib. intelligitur de
filiis filii,non vt hęredib. ſed vt filiis ex p̃ſumpta mẽte teſtatoris.
Bald.*conſ.*189.*Caſus talis eſt,Petrus,li.*1. Vide, *Filii quando vt filii ſunt*
*vocati non a.vt hæredes. Concl.*371.† Extende,vt procedat,vbicunq; 32 ☞
nomen hęredis ponitur in p̃rogatiua;qa intelligitur de deſcẽdẽ-
te,& de hęrede ſanguinis;ſecus eſt in materia indifferenti;& ideo
ſi teſtator iubet hæreditatem ſuã deuenire ad hæredes filiarum
ſuarum,nõ intelligitur de hæredib.extraneis,ſeu fortuitis. Bald.
*conſ.*283.*Verba teſtamenti.n.*2.*ver.ſed ſi vlterius,li.*2.† Idem,qñ loqui- 33
tur de hęredib.maſculorum;quia de filiis eorũ intelligitur,Bald.
*conſ.*362.*Citius iuncto.prope fi.v.nũc in propoſito,li.*4.vbi,quod ad om-
nes liberos extẽditur,qñ abſolute hæc dictio ponitur.† Reſtrin- 34
ge,qñ dictio apponeretur iuncta filiis,puta in ſubſtitutione facta
de filiis, & hæredib. fratris teſtatoris maſculis tm̃ ad excluſionẽ
propriæ filiæ teſtatoris,quia illa dictio,& *hæredib.*ſtat reſtrictiue,
& qualificatiue ad filios ſolum, & ideo non extenditur ad nepo-
tes ex fratre propter dictionẽ, *tantum*,& propter charitatem na-
turalem ad filias.Bal.*d.conſ.*362.*circa fi.v.nunc in pr poſito, li.* 4.† Li- 35
mita; quia vbicunq; fit mentio de hęredib. ſub conditione, vel
priuatiue,intelligitur de deſcendentib.Ang.*conſ.*110. *Sanctiſſima,*
*col.*2.*in pr. ver. item præmitto.* † Extende,vt idẽ ſit,qñ hæredes po- 36
nuntur in diſpoſitione,quæ eſt contra ius cõmune;qa de deſcen-
dentib.intelligi debet, Ang.*d.conſ.*110.*col n.*2.*v.aut ponitur nomẽ hæ-*
*redis diſpoſitiue.*† Extende,vt idẽ ſit, qñ diſpoſitio non eſt contra ius 37
cõmune, ſed tranſmiſſio,vt ſi ratione perſonæ ſit tranſmiſſio, &
intelligitur de deſcendentib. maſculis,non a.fœminis,prout in
feudo. Ang.*d.cõſ.*110.*col.*2.*v.aut dictus actus principalit.*† Reſtringe, 38
qñ diſpoſitio & tranſmiſſio eſt ſecundũ ius cõmune;qa tunc etiã
extranei cõtinentur. Ang.*d.conſ.*110.*col.*2.*poſt med. ver.ſi autẽ actum.*
† Limita, vbicunq; hæredes ponuntur alternatiue in diſpoſitio- 39
ne facta ad fauorẽ cõſanguinei,veluti,ſi quis inſtituat, vel ſubſti-
tuat fratrẽ,vel eiuſdẽ fratris hęredes;quia intelligitur de deſcen-
dentib.non a.de extraneis.Bald.*conſ.*267.*Proponitur,quod Manfre-*
*din.in pr.li.*5. † Reſtringe,vt nõ procedat limitatio, qñ extraneus 40
inſtitueretur,vel ſubſtitueretur ſub alternatiua,quod ipſe vel ſui
hæredes ſuccederent; quia de omni hærede intelligitur eo caſu,
ſecundum Bald.*d.cõſ.*267.*n.*2.*v.ſecus forte,li.*5.vbi tamẽ dicit, quod
Spec.& antiqui tenent contrarium,quod ſemper,vbi eſt alterna-
tiua,intelligitur de deſcendentib.† Contrarium Fulg,*conſ.*58.*Sed* 41
*tamen mouetur.* quia illi extranei erant de parentela teſtatoris, &
loquitur in duab. ſororibus inſtitutis, & earum hæredib. vt vna
mortua, inſtituto marito, ipſe maritus admittatur,maxime ſi eſt
de agnatione.† Declara,& eſſe regulã colligit Ang.*conſ.*306.*Cha-* 42
*riſſime frater.*quod in materia indifferenti appellatione hæredum
veniunt omnes hæredes etiã extranei, in materia a.differenti ve-
niunt ſoli hæredes, quib.materia differens congruit ſecundum
ipſã differentã Ale.*conſ.*36.*n.*4.*& ſeq.per tot.li.*3.† Dicitur a.materia 43



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

differẽs, vbicunq; non eſt eadẽ ratio, vt tam hæredes qualificati, quam omnes extranei cõprehendantur, quę differentia cauſatur ex quinq;, primo, quando reſultaret abſurdum; ſecundo, quãdo impoſſibile; tertio, quando iniquum; quarto, quando repugnat natura rei; quinto, qñ natura diſpoſitionis repugnat. Ang. *d. conſ.*
44 *306. in pr. ver. eſt autẽ materia.* † Reſtringe regulã in odioſis, & pœnalib. quia ſi teſtator prohibet hæredẽ ſuũ, vel hęredes ſuos alienare; intelligitur de primo tm̃. Alex. *d. conſ. 36. n. 31. ver. ad formatio-*
45 *nẽ, li. 3.* † Reſtringe, qñ ſunt incogniti hæredes teſtatori; quia non cenſetur habere affectionẽ tantã, & venit primus. Alex. *d. conſ. 36.*
46 *circa fi. ver. item ſecundum Bald. li. 3.* † Limita; quia in ſubſtitutionib. & fideicõmiſſis, & in teſtamentis hæredes intelliguntur deſcen-
47 dentes, licet oporteat eſſe hæredes. Crau. *conſ. 593. n. 13. & ſeq.* † Extende, ſiue loquamur in ſubſtitutione pupillari, ſiue vulgari, ſiue reciproca, ſiue etiã fideicommiſſaria ſub conditione, *quandocũq; deceſſerit, quiſquis mihi hæres erit, ſuccedat, vel ſubſtitutus ſit*; quia intelligitur de primo, & non tranſmittit ad hæredẽ hæredis. *l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup.* cum aliis allegatis per Alex. *d. conſ. 36.*
48 *Viſo themate, in pr. & n. 3. li. 3.* † Contrarium, quod in ſubſtitutionibus, & omnib. diſpoſitionib. appellatione hæredis veniat hæres hæredis; imo omnes hæredes in infinitum, & hanc eſſe regulam dicit Alex. *d. conſ. 36. Viſo themate, n. 3. & 4. verſ. ſed prædictis non obſtan-*
49 *tib. li. 3.* vbi apoſt. in *ver. infinitum*, dat concor. † Declarat Alexan. *d. conſ. 36. n. 4. & ſeq li. 3.* vbi, quod quãdo fit mẽtio de hęrede ipſius, ad quem verba diriguntur, quod detur eius hæredi, vel hæredib. ſi ipſe p̃moritur, intelligitur tam de primo, quam de ſecundo, & ſic de hærede hæredis in materia indifferenti, & tranſitoria; ſecus ſi materia eſſet differens; quia tunc limitatur regula; & pariter ſecus eſſet, quando perſona hæredis certi eſt ſcripta, vel conditionaliter enunciata, *quiſquis mihi hæres erit*; quia tunc de primo intelligitur, idem Alex. *d. conſ. 36. col. fi. n. 14. & ſeq. ver. ſupereſt, li. 3.* vbi dat
50 quatuor ſolutiones, quas videas. † Declarat Alex. *d. conſ. 36. in fi. li. 3.* quia ſi ſubſtituatur hæredi teſtatoris pater teſtatoris, ſi extabit, alias ſubſtituantur hęredes patris, ſi mortuo teſtatore, deinde patre teſtatoris, qui reliquit duas filias hæredes; poſtea moritur vna filia patris relictis hæredibus duab. filiab., vltimo moritur hæres, & fit locus ſubſtitutioni, ſuccedet filia ſuperuiuens nõ ſola tanq̃ prima hæres, ſed etiam cum ea neptes ex alia filia, in ſtirpes: vbi, quod cõtraria procederent, ſi eſſent vocatę filię patris; quia mor-
51 tua non tranſmitteret; ſecus, quia vocantur hæredes patris. † Extende; quia vbicunq; verbum, *hæredes*, refertur ad tempus vitæ alicuius; quia viuens proprie non habet hęredem, ſumitur improprie pro filiis, & deſcendẽtib. vt ſi teſtator inſtituat, vel ſubſtituat aliquem conſanguineum, vel aliũ, & ipſius hæredes; quia debet intelligi de filiis, & deſcendẽtib. ordine ſucceſſiuo. Caſtr. *conſ. 453.*
52 *Ego Paulus, in pr. li. 2.* † Declara totam iſtam materiam; quia in omni diſpoſitione, ſi vocantur hæredes in materia indifferenti, veniũt omnes hæredes, tam primi, quam alii, & tam deſcendẽtes, quam extranei, & tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, & tam de iure ciuili, quam de iure prætorio; in materia vero differenti veniunt hæredes ſtricte ſecundum ſubiectam materiam, & dicitur materia differens ratione abſurdi, vel iniquitatis, vel naturæ rei, aut mentis diſponentis, vt per Ang. *conſ. 306. Clariſſime, per tot.* & Alex.
53 *conſ. 36. Viſo themate, n. 7. & ſeq. li. 3.* † Limita in feudis; quia vox *hæredum*, ſecundum naturam rei regulatur, vt de deſcendentib. in-
54 telligatur, qui ſint hæredes. Crau. *cõſ. 660. n. 9.* † Et ſi dicatur, *filii,*
55 *& hæredes*, debet concurrere vtrunq;. Crau. vbi ſupra. † Extende, quia imo in feudis ſoli maſculi deſcendentes intelliguntur vocati. Crau. *conſ. 960. in pr.* vbi infinitos citat, reprobato Soc. Iun. *conſ.*
56 *42. n. 4. li. 3.* † Extende in tantũ, vt ſi quis renunciat alicui, & hæredibus feudũ, & decedat is, cui facta eſt conceſſio, ſine filiis ma-
57 ſculis, non obligatur concedens. Crau. *d. conſ. 960. n. 2.* † Limita, quando conſtat, quod in prima diſpoſitione facta de filiis deſcendentibus ſine hæredib. ex proprio corpore intelligitur de filiis; quia etiam in ſecunda diſpoſitione facta de filiis filiorũ ſine hæredibus decedentib. intelligitur de filiis, prout in prima, licet nõ ſit repetita clauſula, *ex proprio corpore.* Caſt. *conſ. 532. Pro fundamento,*
☞ *col. 2. n. 3. ver. nam concepta fuit ſtipulatio, li. 1.* Vide, *Filiorum appellatio-*
58 *ne quando ſoli maſculi comprehendantur, vel è contra. Concl. 374.* † Contrarium tenet Caſtr. *conſ. 45. per totum, li. 2* ex quadam conſideratione, quam facit, quod verba ad deſcendentes nõ poſſunt applicari: & caſus eſt, quod mater inſtituit filiam nuptam, & eidẽ ſubſtituit hæredes ex ea, & Ioan. marito ex eorum proprio corpore, & ſi ſine filiis deceſſerit, ſubſtituit Ioan. maritũ & ipſius hęredes; dicit, quod mortuo Ioa. poſtea vxore ſine filiis, hæredes extranei Ioan. ſunt ſubſtituti; quia ad deſcendentes non poſſunt referri; nã ad filios ex prima vxore non poſſunt referri; quia nõ habuerat; ad filios v. ex filia teſtatricis non; quia cadunt in prima ſubſtitutione facta matri: ad filios ex ſecũda vxore nõ; quia p̃ſuppoſuit teſtatrix vocare hæredes; q̃a eſſet ipſe p̃defũctus; ergo de extraneis intelligitur; q̃a de ſpuriis nõ eſt cogitãdũ. Vide, *Hæres quis dicatur propriè. Cõcl. 36.* Vide Ant. Gab. *li. 6. tit. de ver. ſignif. cõcl. 2. Hæredis appellatione.*

## Hæredum appellatio an intelligatur de maſculis, an etiam de fœminis. Concl. 81.

HÆREDVM † & ſucceſſorum, vel hæredũ tantũ, vel ſucceſſorũ 1
tantum appellatio intelligitur de quocunq; hærede in materia tranſitoria ad fœminas, & extraneas. Curt. Sen. *conſ. 45. in fi. n. 23. ver. ad vlt.* † Amplia; quia hęredis maſculi appellatione in ma- 2
teria trãſitoria ad hæredes extraneos venit extraneus, & quando ſecus, Vide plene per Ant. Gabr. *li. 6. tit. de verb. ſignificatio. Cõcl. 3. Hæredis maſculi appellatione.* † Limita, qñ diſpoſitio de ſui natura non eſt trãſitoria ad fœminas, vel extraneos, ſed ad ſolos maſculos, vt quia de eis ſolis eſſet facta mẽtio. Curt. Sen. *d. conſ. 45. n. 23. ver. quia in materia.* Vide, *Filiorũ appellatione quãdo ſoli maſculi cõprehendantur. Concl. 374.* † Extẽde; quia ſi teſtator dixit, *ſi filius deceſſerit ſine hærede maſculino*, neceſſario intellexit de filiis maſculis; quia ad fœmi- 4
nã nõ poteſt applicari. Alex. *conſ. 139. Circa primum, n. 8. v. nec obſtat. li. 6.* vbi, quod bene ſufficit, quod extiterit hæres maſculus tẽpore mortis inſtituti, vt poſtea euacuata ſubſtitutione poſſint fœminæ ſuccedere. † Limita in ſubſtitutione facta per maritũ vxori, re legata pro augmento dotis; quia dixit, quod poſt mortẽ legatariæ reuertatur ad domũ, & hæredes teſtatoris, ſi ipſa ſine filiis deceſſerit; nã intelligitur ſolum de filiis, & hæredib. cõmunib. ex dicto matrimonio, non a. de filiis dictæ mulieris ex alieno matrimonio, ita fuit iudicatum Florentiæ. Vide, *Feudum regulariter non tranſit ad fœminas, Concluſ. 160.* Vide plenius, *Filiorum appellatione quando ſoli maſculi comprehendantur, vel è contra, Concl. 374.*

## Hæredis inſtitutio quando, & ex quibus facta dici poſſit, vel non ex dubia diſpoſitione. Concl. 82.

INſTITVTIO † hæredis fit per verba clara, & apta. *l. quoniam, &* 1
ibi communiter * DD. *C. de teſtam.* Craſſ. *comm. opi. §. inſtitutio. q. 14.* vbi ẽt per totam, *& q. ſeq.* declarat, ex quib. verbis facta dicatur. † Amplia; quia licet teſtator relinquendo vxorem dominam, & 2
vſufructuariã omnium bonorũ ſuorũ, maxime ſtantib. filiis, non videatur illã hæredem inſtituiſſe; tamen qñ nullũ alium fecit hęredẽ, niſi ſub conditione mortis vxoris, vel ſub aliqua alia conditione caſuali; tunc vxor cenſetur hæres vniuerſalis inſtituta; quia verbũ, *relinquo*, adiectum vniuerſitati bonorũ trahitur ad inſtitutionẽ nullo alio hærede dato. Bald. *conſ. 80. Punctus, ſuper quo petitur. n. 2. v. ſecundo eſt videndum, lib. 4.* Vide, *Teſtamentum non valet ſine hæredis inſtitutione: Concl. 125.* † Amplia; quia, ſi teſtator fecit legatũ, 3
ꝙ poteſt trahi ad vniuerſalitatẽ; tunc cenſetur hæredẽ inſtituiſſe legatariũ vniuerſitatis rerũ & bonorũ, vel ſaltẽ ſubſtinetur teſtamentũ, vt vltima voluntas, nullo alio hærede dato. Bald. *conſ. 29. Secundum teſtamentum. li. 3.* † Amplia, vt idẽ ſit in ſubſtitutione di- 4
recta facta in certis bonis; quia trahitur ad vniuerſitatẽ, mortuo hęrede inſtituto, viuente teſtatore. Bald. *conſ. 196. Super eo, quod. ver. in contrarium, circa pr. li. 4.* Vide, *Inſtitutus in re certa, quando dicatur, vel non. Concl. 228.* Vide, *Inſtitutus in re certa habetur loco legatarii, & quando loco hæredis. Concl. 232.* † Amplia; quia relictũ factũ ſub no- 5
mine quotæ hęreditatis, puta tertię, vel quartę, aut etiã legitimę, habet vim inſtitutionis; ideo filius, vel pater, cui eſt relicta quota hæreditatis, vel legitima, dicitur iure inſtitutionis habere. Bald. *conſ. 118. Super primo, n. 4. v. ſed vidẽdum, vtrum, li. 4.* Vide, *Inſtitutionis iure quando dicatur relictum. Concl. 227.* † Limita; quia hæres inſtitu- 6
tus in vſufructu tm̃ dicitur legatarius, nec poteſt trahi ad inſtitutionẽ vniuerſalẽ, ẽt non dato alio hærede vniuerſali; quia taxatiua hoc excludit, & natura vſusfructus; quia nõ poteſt dici res certa. Bald. *conſ. 273. li. 4.* † Extẽde limitationẽ, vt procedat, ẽt ſi teſta- 7
tor dixit, *inſtituo dominã vſufructuariã*, ſecus ſi dixiſſet, *dominã, & vſufructuariã*; quia primo caſu legatũ reſtringitur ad vſumfructum tm̃, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *dominam vſusfructus.* Bald. *conſ. 456. Punctus inter alia, circa med. ver. ex aduerſo, li. 4.* † Limita, qñ teſtator 8
inſtituit cauſã piam hæredẽ, ſeu pauperes poſt mortẽ vxoris ſub cõditione, *quod ſe non intromittant in hæreditate ſua ſub pœna priuationis, donec vixerit ipſa vxor teſtatoris, quã fecit, inſtituit, & eſſe voluit in vita ſua dominã vſufructuariam, ſolutis per eam legatis, & iudicatis à teſtatore, ita quod nõ debeat cauere, neq; inuentarium facere*; quia nõ eſt vxor hæres, ſed exequutrix deputata; ideo nõ adita hæreditate poteſt tanq̃ procuratrix teſtatoris ſoluere legata, & vti & frui, & ſic eſt tertius modus volũtatis exequẽdæ, plene Bald. *conſ. 456. Punctus inter alia. li. 4.* † Cõtrariũ, ꝙ imo ſit interim hæres vxor, ne pereat volun-

voluntas teſtatoris.Bald.*conſ.*290.*Factum tale eſt,li.*3.vbi hinc inde
multa adducit,tandem,ne pereat voluntas, dicit trahi ad hæredis
inſtitutionem propter illud verbum,*dominam vſufructuariā*; ſecus
10 ſi dixiſſet,*vſufructuariā*, tm̃. † Imo,quod hæredes ſint interim ve-
nientes ab inteſtato; quia cum vſufructuaria inſtituta non poſſit
eſſe hæres; quia non eſt inſtituta in re certa; quia vſusfructus eſt
incertus, & nihil continet proprietatis; nō poteſt per ius accre-
ſcēdi eſſe hæres,neq; locus pius;quia ſub cōditione eſt hęres poſt
mortē vſufructuariæ: ergo venientes ab inteſtato, & cauſa inte-
ſtati trahet ad ſe cauſam teſtati hoc caſu.Bald. *conſ.* 273. *Factum ſic*
11 *ſe habet,li.*4 *per tot.*† Limita;quia ſi teſtator inſtituat vxorē hęredē
in vita ſua,ſi vitā vidualē ſeruauerit, & poſt mortē vxoris ſubſti-
tuit aliū, ſi mulier tranſeat ad ſecūda vota, ex quo ſubſtitutus nō
eſt,niſi poſt mortē vxoris,& vxor ſub cōditione erat, *ſi vitā vidua-
lē ſeruaſſet*, ex quo nullus eſt hæres,ſuccedunt interim veniētes ab
inteſtato.Bald.*conſ.*267.*Proponitur,quod. n.*4.*li.*5.*v.& videtur primo.*
12 †Extende,vt idē ſit,ſi vxor, anteꝗ adiuiſſet, tranſiuiſſet ad ſecū-
da vota;quia ex quo nō eſt hæres, nec eſſe poteſt, & ſubſtitutus
nō eſt datus,niſi poſt mortē vxoris, interim hæredes ab inteſtato
13 ſuccedēt.Bald.*d.conſ.*267.*n.*4.*in fi.v.& ſi dicta vxor, li.* 5. † Reſtrin-
ge,vt nō procedat limitatio,quando eſſet vxor data pure, donec
vitā vidualē ſeruauerit, & poſt eius obitū eſt datus ſubſtitutus;
quia ſi vxor ſemel adiuit, licet tranſeat ad ſecunda vota,nō poteſt
reuerti ad ſuccedētes ab inteſtato;quia ſemel eſt adita; nō ad ſub-
ſtitutū;quia non vocatur,niſi poſt mortē vxoris:non ad vxorem;
quia trāſiuit ad ſecūda vota;dicit Bald.paſſū dubiū,ſed quod cre-
dit viuentē vxorē ipſā tenere hęreditatē; quia nullus poteſt ven-
dicare ab ea, ſed quod reſtituere debet etiam fructus ſubſtituto
☞ poſt mortem,*d.cōſ.*267.*n.*4.*v.ſed poſſet aliquis.li.*5. Vide Concluſio-
nes prox.ſeqq.

## Hæredis inſtitutio quando dicatur pura,vel conditionalis. Concl.83.

1 PVRA † dicitur inſtitutio hæredis facta per hæc verba, *talē hæ-
redem meum inſtituo, ſi non diſſipauerit, & male non vtatur ſubſtantia
ſua in meretricando,ludēdo,&c.*Bald.*conſ.*403.*Caſus talis eſt,quidā ma-*
☞ *giſter,in pr.li.*3. Vide, *Conditionalis quādo dicatur inſtitutio, vel alia diſ-*
2 *poſitio. Concl.* 584. † Amplia; quia pura dicitur inſtitutio hæredis
quoad proprietatē facta hoc modo; *quia teſtator reliquit matrem v-
ſufructuariam ad vitā ſuam, & poſt illius mortem inſtituit hæredes certos,*
quia cum non valeat vſusfructus legatus ſine hærede, dicuntur
hæredes pure inſtituti in proprietate, & ſub conditione quoad
vſumfructū;ideo tranſmittunt hæreditatem,licet moriantur vi-
3 uente vſufructuaria.Bald.*conſ.*26.*Videretur dicendum.lib.* 5. † Am-
plia; quia inſtitutio hæredis dicitur pura, & ſimplex,quādo teſta-
tor inſtituit duos hæredes extraneos, & vxorem reliquit domi-
nam,& gubernatricem,ſi vitam vidualē ſeruauerit;ſi vero trāſi-
uerit ad ſecunda vota, hæredes inſtituit pauperes,quib. manda-
uit bona ſua diſtribui; nam vxor dicitur vſufructuaria,nō hæres,
&hæredes dicuntur pure inſtituti,&poſſunt capere hæreditatē,
&mortua vxore conſolidatur vſusfructus cum proprietate,qua-
tenus vitam vidualem ſeruauerit,nec hæredes capiunt de manu
4 alterius.Caſtr.*conſ.*71.*per tot.li.*2. † Reſtringe;quia ſi vxor tranſi-
uiſſet ad ſecunda vota,tunc hæredes eſſent priuati, & pauperib.
eſſet faciēda diſtributio;quia verba ita ſonant, licet ſine ratione;
quia non videtur ratio, quare priuentur hæredes,ſi vxor tranſi-
ret ad ſecunda vota, & forte dicit fuiſſe ſic ſcriptū ex errore No-
tarii;ſed quia non conſtat de errore, ſtandum eſt verbis. Caſtr.*d.*
5 *conſ.*71.*in fi.li.*2. † Limita;quia conditionalis dicitur inſtitutio fa-
cta ſub iis verbis, *inſtituo hæredem vxorem meam in vita eius tantum,
obſeruando tamen vitam vidualē,aliter non.*Bald.*conſ.*267. *Proponitur,
quod.n.*3.*& ſeq.ver.Ioannes fecit teſtamentum.li.*5.*& n.*4.*in fi. verſ.quæ-*
6 *ſtio eſt multum dubia.*† Contrarium tamen diſputat Bald.quod et-
iam dicta inſtitutio non ſit conditionalis, ſed verbum illud
gerundiū,*obſeruādo*,intelligatur, videl.donec obſeruauerit. Bald.
*d.conſ.*267.*n.*4.*in pr.& ver.iſta quæſtio*, vbi arguit pro vtraq; parte,
7 *li.*5.Vide, *Gerundium quid importet, & eius natura.Concl.*41.† Limita;
☞ quia ſi teſtator habens vxorem prægnantem inſtituat maſculos
vnum, vel plures;ſi naſcantur;ſi vero naſcatur fœmina, inſtituat
in re certa, & vniuerſalem hæredem faciat agnatum, vel extra-
neum, dicitur conditionalis inſtitutio,quæ pendet à natiuitate
fœminæ;igitur prius debet naſci.Anch.*conſ.*354.*Quidam Antonius,*
8 *in pr.* †Extende maxime, quando in inſtitutione extranei extat
dictio;*tunc & eo caſu*,quæ importat extremitatem temporis,An-
☞ char.*d.conſ.*354.*nu.*3. Vide Concluſionem proximam præced.&
Concl.proximam ſequentem.



## Hęredis inſtitutio quando,& quibus fieri poſſit ſub cōditione vel ad tempus,& quibus non. Concl.84.

HÆRES † poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, qui hæredita- 1
tē non cōſequitur,niſi purificata conditione, nec propterea
teſtamentum, & inſtitutio dicitur nullū;quia poſt tēpus incertū
hæres dari poteſt.*l.extraneum.C.de hær.inſt.*Dyn.*conſ.*3. *Quæſtio talis
eſt, Quidam condidit, in fin. verſ.in contrarium videtur.*† Amplia;quia 2
poteſt inſtitui ſub conditione, etiā repugnantiā habente cū iure
communi,quando poteſt conciliari;ideo valet hęredis inſtitutio
cū hac lege, *quod non poſsit eſſe hæres, niſi prius ſoluerit omnia legata, &
impleuerit omnia diſpoſita in teſtamēto*;quia licet legata nō debeātur,
niſi adita hæreditate ab hęrede; tamē poſſunt deberi, & ſolui ex
ꝓcepto teſtatoris ab ipſo inſtituto,nō vti hærede.Iaſ.*conſ.* 110.*li.*1.
*in* 2.*dubio.* † Extende, vt ſufficiat,quod cōſtet de mente teſtatoris 3
etiā tacita;quia poteſt & expreſſe,& tacite hoc iubere.Rom.*conſ.*
71.*Viſis.n.*4.*in fi.verſ.nec obſtat, & n.*5.vbi apoſt.† Amplia,vt proce- 4
dat etiā in filio, qui ſi inſtituatur hæres ſub cōditione caſuali, vi-
del.*ſi mater moriatur, vel ſi vitā vidualē nō ſeruauerit*; quia licet quoad
legitimā,ꝗ filius debet conſequi pure, & ſine conditione,reiicia-
tur omnis cōditio; tamē quoad reliquū expectandus eſt euentus
conditionis,Bald.*conſ.*80.*Punctus,ſuper quo petitur,in pr.li.*4.vbi di-
cit hanc opinionē * veriorē, & per totū cōſiliū. † Operatur a.in- *5
ſtitutio cōditionalis hęredis facta,vt ſi hęres decedat ante imple-
tā cōditionē,vt nō ſit hęres,nec hęreditatē alteri trāſmittat.Bald
*d.conſ.*80.*circa fi.verſ.de Petro.li.*4.*& conſ.*267.*Proponitur,quod,n.*3.*v.
illud autē.li.*5.& ſic etiā videtur tenere Caſtr.*conſ.* 280. *Super primo,
n.*3.*v. & quotidie,li.*1.† Amplia;quia ſi teſtator inſtituat fratrē ſuū 6
hęredē vniuerſalē,& ſi moriatur frater quandocunq;,facit,&in-
ſtituit ſibi hæredē vniuerſalem filiū fratris, filius dicitur inſtitu-
tus hæres ex ordinata charitate poſt mortē patris,& ſic ſub cōdi-
tione.Bald.*conſ.*53. *Inſtituo, li.*3.*per tot.*vbi diſputat,an trahatur ad
fideicōmiſſū,& dicit,quod non,ſed eſt inſtitutio ex charitate or-
dinata.† Amplia in caſu cōtrario; quia ſicut poteſt hæres poſt tē- 7
pus incertū inſtitui, ita etiā poteſt vſq; ad incertū tēpus inſtitui;
ideo maritus relinquens dominam, & vſufructuariā vxorem ſuā;
& inſtituens certos hæredes poſt mortē vxoris,dicitur hæredem
feciſſe vxorē,donec vixerit;quia alias vſusfructus,qui non debe-
tur,niſi adita hęreditate, eſſet inutilis; quia hæredes nō poſſunt
adire,niſi vxore mortua.Dynus *conſ.*3.*Quæſtio talis eſt,quidam condi-
dit*, vbi multa pro vtraq; parte adducit,& nō bene hanc partē fir-
mat,ſed Bald.*conſ.*80.*per tot.li.*4.dicit hāc*veriorē,& plenius *conſ.* *
290.*Factum tale eſt,Franciſcus,li.*3. vbi maxime hoc dicit verū,quā-
do fuit relicta domina & vſufructuaria;ſecus ſi vſufructuaria tm̃,
ſequitur Ang.*conſ.*150. *Donatus Floriani.col.pen.v.an autem ſi volunt
vſq; in fi.*&hanc partē tenet Cuma in *l.hæreditas,in fi.ff.de hær.inſtit.*
& hanc partem tenet Sign.Hom.*conſ.*66.*Factum tale eſt,n.*5.*v. venio
ad quartam*,plene Alex.*conſ.*50.*In cauſa, & lite,in pr.li.*7.vbi allegat
Benedictum de Plumbino in *l.qui duos.§.*1.*ff.de manumiſſ.teſt.*& di-
cit non habere contradictorē, quando alias non valeret diſpoſi-
tio,adde alios concor.infra *ver. Amplia,quia vxor,n.*53.*& ſeq.*†Extē- 8
de;quia etiā directe inſtituti,ſeu ſubſtituti poſt mortē matris, ſeu
vxoris dominę,&vſufructuariæ capient per fideicommiſſum,nō
a.iure directo.Ang.*d.conſ.*150.*in fi.ver.dico enim.* † Extende, vt idē 9
ſit multo magis in matre; quia ſi filius matrē relinquat dominā,
maſſariam, & vſufructuariā,donec vixerit,& poſt illius mortem
inſtituat certos hæredes, mater erit hæres proprietaria, & hære-
des habebunt per fideicōmiſſum hæreditatem. Sign.Hom. *conſ.*
66.*Factum tale eſt,n.*6. † Contrariū,quod imo nō poſſit eſſe hęres 10
vxor, ſeu mater vſufructuaria; quia vſusfructus nō recipit pro-
prietatē,ſed è contra;& quia non eſt in re certa,cū vſusfructus ſit
incertus,nec etiā hæredes ſub cōditione dati, ſed ſint hæredes in-
terim veniētes ab inteſtato,plene Bald.*conſ.*273.*Factum ſic ſe habet,
per tot.li.*4.vbi multa pro hac parte allegat,&loquitur,quādo erāt
inſtituti poſt mortē vſufructuarię exequutores ad diſtribuēdū in
piā cauſā.Vide, *Hæredis inſtitutio quando,& ex quib.facta dici poſsit,vel* ☞
*non.Concl.*82.† Declara igitur,vt prima opinio ſit vera,quādo te- 11
ſtator legauit,vel inſtituit vxorē,vel matrē dominam, & vſufru-
ctuariā;ſecus ſi ſolū vſufructuariā,ſic diſtinguit Bald.*conſ.*290.*li.*
3.*circa fi.*licet *in fi.*videatur ſimpliciter tenere,quod trahatur ad v-
niuerſalē inſtitutionē quocūq; modo,ne legatū ſit inutile, & idē
dicit Bald.*conſ.*456.*li.*4.Ruin.*conſ.*209.*n.*19.*& ſeq.li.*2.† Extende; 12
quia procedit ſecunda opinio,ēt ſi inſtituit vxorē dominā vſufru-
ctuariā ſine copula;quia perinde eſt,ac ſi dixiſſet, *dominam vſufru-
ctus.* Bald. *d.conſ.* 456.*circa med.ver.ex aduerſo, lib.*4. licet contrariū
teneat *d.conſ.*290.*li.*3.vbi teſtator dixerit, *relinquo dominam vſufru-
ctuariam, & maſſariam.*† Declara ſecundo; quia verum eſt,quod 13

inſtitutus in vſufructu formali, non dato alio hęrede, non poteſt
per ius accreſcendi effici hæres vniuerſalis, ſed in vſufructu ma-
teriali ſecus: ideo valebit talis inſtitutio perinde, ac ſi dixiſſet, *in-
ſtituo hæredem in redditib. videl. vt donec viuat, habeat vſumfructum hæ-*
14 *reditatis*. Bald. *conſ*.274. *Ad euidentiam ſciendum, in pr. li*.4. † Cõtra p̃-
dictã declarationẽ, & ſequent. quod imo inſtitutus in vſufructu
dicatur in re certa inſtitutus, vt poſſit eſſe hæres vniuerſalis, alio
hærede vniuerſali nõ dato, vel nõ exiſtente, Vide infra, *Inſtitutus
in re certa habetur loco legatarii, & quando loco hæredis*. *Concl*.232.*n*.38.
15 vbi allegatur Alex. *conſ*.162.*n*.2.*& ſeq.li*.2. † Reſtringe declaratio-
nem, vt non procedat, qñ mater, vel alius, qui debuit de neceſſi-
tate inſtitui in legitima, vel re certa, fuit inſtitutus in vſufructu,
ſiue formali, ſiue materiali; quia cum vſusfructus ſit incertus, &
poſſit eſſe, quod inſtitutus moriatur, antequã capiat aliquid; ideo
dicitur p̃teritus, & reuertimur ad cauſam inteſtati. Bald. *conſ*.274.
16 *poſt med. ver. qualiter autẽ. li* 4. † Declara tertio; quia ẽtſi non poteſt
legatum vſusfructus trahi ad inſtitutionem hęredis; ſi tamen cõ-
ſtat de mente teſtatoris, quod voluit vſufructuariã poſſe conſe-
qui vſumfructũ in vita, dato hærede poſt illius mortem; tunc v-
ſufructuaria erit procuratrix defũcti, ne defectus iuris ciuilis, &
illius ſolemnitatis inducat nullitatẽ voluntatis Bald. *conſ*.456.*cir-
ca fi.v.O inclita iuris.lib*. 4. vbi in fine dicit, quod valebit eo modo,
17 quo valere poteſt. † Dicitur a. cõſtare de mente teſtatoris, qñ vel
prohibuit vſumfructũ alienare, vel grauauit reſtituere, aut quid
ſimile, vel alias nõ valeret voluntas teſtatoris. Alciat. plen. *conſ*.
103.*tom*.3.*li*.9. incipit, *Facit ſeries*, allegat Cuman. *conſ*.120. incipit,
18 *Ser Petrus, &c*. † Declara quarto; quia ſi filius legat vſumfructum
omniũ bonorũ ſuorũ matri in vita matris tm̃, & inſtituit certos
hæredes poſt obitum matris, talis inſtitutio dicitur pura quoad
proprietatẽ; quia alias vſusfructus legatus nõ poſſet ſubſtineri;
ſed tamen inſtitutio eſt conditionalis quoad vſumfructũ; ideo ſi
vnus ex hæredib. interim viuente vſufructuaria moritur, tranſ-
19 mittit filiis ſuis tale ius. Bald. *conſ*.26. *Videretur dicendum, lib*.5. † Idẽ
dicit Fulg. *conſ*.58. *Paterfamilias*, vbi frater inſtituit vxorem vſufru-
ctuariã in vita tm̃, ſorores ſuas hæredes, ad quas omnia voluit p-
uenire poſt mortẽ vxoris, mortua vna ſorore, dũ vixit vxor, quæ
inſtituit ſuũ maritũ, maritus erit hæres ſororis; quia hæres erat
20 pure. † Declarat apoſt. magna ad Alex. *conſ*. 162. *Circa primum. li*.2.
*in ver. conſilio*. ꝙ ſunt duo caſus, primus, qñ teſtator reliquit vxori
vſumfructũ omniũ bonorũ, & poſt mortẽ vxoris inſtituit hęre-
dem, & dicit, quod Dyn. *conſ*.3. Io. Andr. & alii tenent nõ valere;
contrarium tenet Rom. *conſ*. 71. quod hæres ſtatim eſt hæres, &
tranſmittit, ac ſi pure eſſet inſtitutus, & hanc cõprobat Apoſt. al-
legat plures; quia iſta inſtitutio poſt mortẽ vſufructuarii cẽſetur,
vt non moleſtetur vſufructuarius, nõ vt annulletur legatũ, quod
eſſet iniquũ, & idẽ repetit Alex. *conſ*.58. *Habita, in pr. li*.3. vbi citat
concord. pro iſtis duab. opinionib. & tuetur ſecundã, quod imo
21 valeat, & reiiciatur cõditio, & ibi apoſt. in *ver. conſilio*. † Secundus
caſus eſt, quãdo vxor eſt inſtituta in vſufructu nõ legataria, & poſt
eius obitum datus eſt hæres vniuerſalis, & quia dũ viuit vxor in
re certa inſtituta, nõ eſt datus alius hæres vniuerſalis, videtur ipſa
hæres, ſed Apoſt. p̃dicta ad Alex. tenet, quod ẽt iſto caſu ſit lega-
taria, & quod hęres poſſit adire, & tranſmittat, ac ſi pure eſſet in-
ſtitutus, & pro hoc allegat Picũ in *repet. l. Titia*. §. *Titia cum nuberet,
q*.26.*& q*.59.*ff. de leg*. 2. ſi vero in alia re eſſet inſtituta vxor, & illi
datus ſubſtitutus directo, erit ſubſtitutio fideicõmiſſaria ſecũdũ
*22 * cõmunẽ. † Contra hunc ſecundũ caſum tenet expreſſe Alex.
*d. conſ*.162. *Circa primũ, n*.2. *& ſeq. v. circa ſecundum, li*.2. ꝙ imo vxor,
& filia inſtitutę in medietate vſufructus, & ſubſtitutę filio cõpẽ-
dioſe in vſufructu, qui erat vniuerſaliter inſtitutus, & p̃deceſſit
teſtatori, ex quo remanent vulgariter ſubſtitutę in vſufructu, da-
to hærede vniuerſali, videl. pia cauſa, poſt earũ mortẽ, dicuntur
interim hæredes vniuerſales effectæ per ius accreſcẽdi; quia nul-
lus alius hæres vniuerſalis reperitur ipſis viuentib. alleg. Ang in
*l. filius à patre, in pr. ff. de lib. & poſt*. Bald. in *l. id quod pauperib. in* 14.*q. C.
de Epiſc. & Cler*. Caſtr. *d. conſ*.281.*li*.1. & reprobat Ang. in *l. miles ita,
in pr. ff. de milit. teſtam*. qui tenuit, quod talis hæres poſt mortẽ po-
teſt petere bonorũ poſſeſſionem, quæ inſeruit pro aditione; quia
Alex. dicit, quod inſeruiet, vt ſatisfiat creditorib. nõ vt aditio for-
* malis, & *n*.8. *in fi*. dicit magis *commun. & ſequendã in iudicãdo.
23 † Reſpondet Alex. *d. conſ*.162.*n*.4.*v. nec etiã prædictis obſtat. cum ſeq. li*.
2. ad allegata in contrariũ per Io. de Im. in *d. l. filius à patre. ff. de liber.
& poſth*. dũ voluit, quod vxor inſtituta in vſufructu poſſit accepta-
* re vſumfructũ, quaſi videatur ſibi data licentia ſecũdũ *cõmunẽ;
vel quia ſi hęres poſt mortẽ vſufructuariæ adeat, fingatur à prin-
cipio adiuiſſe; & quia ſi vſufructuarię eſſent hęredes, nõ poſſent
deſinere eſſe hæredes, reſpondet, inquã Alex. quod cõtraria pro-

cederent, ſi datus eſſet cohæres; ſed quia datur ſub cõditione poſt
mortẽ vſufructuariæ, neceſſario dicitur ſubſtitutus per fideicõ-
miſſũ, & hoc modo quoad fideicõmiſſũ poſſunt deſinere hære-
des eſſe, maxime, qñ verba ſunt cõmunia ſecũdũ magis * cõmun. *
opin. & qñ inſtitutio ſit ei, cui pupillariter non poteſt ſubſtitui,
† Extendit Alex. *d. conſ*.162.*n*. 9. *& ſeq. ver. nec etiam prædictis, li*.2. vt 24
inſtitutus taxatiue in vſufructu tm̃, nullo dato hærede vniuerſali,
niſi poſt mortẽ vſufructuarii, efficiatur hęres vniuerſalis per ius
accreſcendi, non obſtante taxatiua; quia illa taxatiua reſpicit tẽ-
pus p̃ſens, non futurũ; itẽ quia in hęredib. nõ poteſt prohiberi ius
accreſcendi, licet circa hoc vltimũ apoſtil. ibi teneat contrarium.
† Et ſi eſſet filia, deducit in reſtitutione ipſius hęres legitimã, & 25
Trebellianicã, niſi reſtitutio fiat pię cauſę. Alex. *d. cõſ*.162.*in fi. n*.11.
*ver. circa vlt. li*.2. † Declara, vt in *ver. Vſusfructus relictus vxori per ver*. 26
*Dominam, & maſſariam*. *Conclu*.315. vbi declaratur multis aliis mo-
dis. † Declara totam iſtam materiam, vt per Caſtr. *d. conſ*.281. *Viſis* 27
*dubiis propoſitis, li*.1. quod eſt ſubſcriptũ à Ludo. Põtan. Rom. & du-
plicatur per Rom. *conſ*.71. quia prima opinio fuit Io. Andr. quod
ſit perplexitas, & ideo nõ valeat; quia cõtinet cõtrarietatẽ; quia
vſusfructus nõ poteſt incipere à caſu, à quo debet finiri, ſed hæc
reprobatur; quia impugnat iudiciũ defũcti, & hęc cõmuniter re-
probatur; qa cõmunis * eſt in cõtrariũ, ꝙ valeat, Apoſt. 1. ad Rom.
*d. conſ*.71.*v. in illã quæſtionẽ*, & Apoſt. ad Alex. *conſ*.162. *Circa primũ, in
v. conſilium li*.2. quę dicit eſſe opinionẽ iniq̃ cõtra mẽtẽ teſtatoris.
† Vide plura, quæ in ſimili Abb. *conſ*.4. *In q. col*.2.*v. ex prædictis infra*. 28
*quaſi per tot. li*.2. vbi in ſimili perplexitate, & cõtrarietate legatorũ,
quæ ſtare nõ poſſunt, cõciliat, quod ſubſtineantur per interpre-
tationẽ. Nã teſtator fecit plura legata ẽt pia, & voluit ſolui pia in-
tra annũ ex venditione mobiliũ, & ex vſufructu, ita quod hæres,
nõ poſſit vendere ſtabilia; in codicillis vero legat mobilia ſoro-
ri, & vſumfructũ, nõ ergo ſoluenda ſunt legata, donec viuit vſu-
fructuaria, & tamẽ hæres grauatur, datq; plures diſtinctiones, vt
ſaluetur mens teſtatoris eo meliori modo, quo poteſt, vide eum.
† Secunda opinio eſt Bald. in *l. extraneum, C. de hær. inſt*. quod legatũ 29
vſusfructus valeat; & quia hæres non poteſt adire ante cõditionẽ
mortis vſufructuarii, bona dicuntur vacantia; ideo accipiet lega-
tũ propria auctoritate, vel officio iudicis, hãc tenet Rom. *d. conſ*.
71.*col*.2.*in pr. ver. Bal. tamen, & n*.4.*in fi. ver. & ideo videtur mihi*, quod
eſt inter cõſilia Caſtr. 281.*li*.1. & idẽ Caſtr. *conſ*.280.*n*.3.*li*.1.*& d. conſ*.
281.*col. fi*. vbi tollit omnia cõtraria, & hãc cõfirmat; quia poteſt te-
ſtator tacite, & expreſſe, vel quod ſoluãtur legata ante aditã hære-
ditatẽ, & * cõmunẽ dicit Pariſ. *conſ*.97.*n*.5.*& 6. li*.2. † Tertia opinio * 30
eſt Bald. in *l. id quod pauperib. C. de Epiſ. & Cleric & in l. filius à patre*. vbi
gloſ. *ff. de lib. & poſth*. quod cõditio reiiciatur; quia qui vult conſe-
quẽs, vult ẽt neceſſariũ antecedens; ergo ſi teſtator voluit lega-
tũ vſusfructus eſſe purũ, neceſſario ẽt voluit inſtitutionẽ eſſe pu-
rã. Caſtr. *d. conſ*.281.*n*.2.*ver. aliam tamen. li*.1. & hãc ſequitur Pariſ. *d.
conſ*.97.*n*.6.*li*. 2. vbi dicit * cõmunẽ, multos allegat, & hãc tenet *
Apoſtill. ad Roman. *d. conſ*.71.*in ver. in illam, prope fi*. vbi plures ad-
ducit cõcordãtes, & hãc ponit Rom. *d. conſ*. 71.*n*.3. ſequitur Alex.
*cõſ*.58. *Habita. n*.2.*v. alii*, vbi apoſt. in *ver. conſ. n*.63. † Quarta eſt Bald. 31
in *l. ſi quis inſtituatur, la grande, ff. de hær. inſtit*. quod hæres ſit ſub cõ-
ditione, ſed quod interim poſſit hæreditatẽ adminiſtrare pro hę-
reditate creditorũ, petita bonorũ poſſeſſione, & hæc reprobatur
cũ ſeq. opinione Ang. quia incidit in idẽ, & reprobat Alex. *d. conſ*.
162.*n*.3.*li*.2. † Quinta eſt Ang. in *l. miles ita hæredem ff. de teſtam. milit*. 32
qui concordat cũ quarta, niſi quia hæres habita bonorũ poſſeſ-
ſione, quæ habet effectũ aditionis, quod vltimũ reprobat Caſtr. *d.
conſ*.281.*col*.2.*in fi. ver. vlt. fuit, li*.1. & eſt Roma. *conſ*.71.*nu*. 4. *ver. vlt.
fuit*, vbi eã reprobat expreſſe, & plenius Alex. *d. conſ*.162.*n*.3.*& ſeq.
li*.2. † Sexta fuit opinio Io. de Im. in *d. l. filius à patre, in pr. ff. de lib. &* 33
*poſth*. quod vxor inſtituta in vſufructu, tãquam in re certa poteſt
propria auctoritate capere ſecũdũ * cõmunẽ, & inducitur aditio, *
ſi alius nõ adit, & firmatur teſtamentũ; ſi v. hæres adiret poſt mor-
tẽ vſufructuarii, fingitur adiuiſſe à principio, & per fictionem v-
ſusfructus dicitur habitus poſt aditionẽ, quã ponit Ale. *d. cõſ*.162.
*n*.4.*& ſeq. ver. nec etiã prædictis obſtat, li*.2. qui eã reprobat; quia inſti-
tutus poſt mortẽ vſufructuarii habetur pro ſubſtituto, & inte-
rim vſufructuarius habens cohæredẽ, dicitur in re certa inſtitu-
tus, & per ius accreſcendi efficitur hæres vniuerſalis, & *n*.8.*in fin*.
dicit hãc magis * cõmunẽ opin. & in iudicãdo ſequẽdã. † Septima * 34
opinio eſt, qñ fuit legatus vſusfruct⁹ vxori inſtituto hęrede vniuer
ſali, & legatario particulari dato iure inſtitutionis; qa ſi hęres v-
niuerſalis nõ vult adire, inſtitutus in re certa p ius accreſcẽdi po-
terit adire, & valet vſusfructus ita, ꝓut valeret nullo dato hærede
vniuerſali; quia ſicuti inſtitutus in re certa habetur loco hęredis,
nullo dato hęrede vniuerſali; ita ẽt habetur loco hęredis, dato alio
hære-

hærede vniuerſali, qui non velit adire. Alex.conſ.58.Habita, n.3.ver.
35 tamen in caſu noſtro, lib.3. † Declara, vt per Ruin.conſ.206.n.22.li.2.
quia ſola inſtitutio in vſufructu non facit hæredem, quando dati
ſunt hæredes vniuerſales, niſi vno caſu, quando hæredes vniuer-
ſales nõ adirent; quia tunc hæres in re certa fit hæres; ſi v. ſunt in-
ſtituti ſub conditione, puta poſt mortem vſufructuarii, adhuc eſt
idem; quia ſtat hæreditas in ſuſpenſo, donec ſequatur conditio,
& operatur inſtitutio vſufructuarii, vt capere poſſit propria au-
ctoritate, nõ expectata aditione, ſub conditione, vel dabitur ipſa
vſufructuaria adminiſtratrix, cui debetur vſusfructus. Ruin in
ſimili conſ.97.n.7.li.2. quod etiam in terminis dicit Bald.conſ.456.
li.4. circa fi. iuxta l.ſi quis inſtituatur, vbi Bart.& alii, ff.de hæred.inſtit.
Capr.conſ.69.n.14.& ita ẽt plenius Ale.conſ.162.n.2.& ſeq.li.2. vbi,
quod imo erit interim vſufructuaria hæres, & dicit hanc magis
* * cõmunẽ, & ſequendã in iudicando, n.8.in fin. Vide, Vſufructua-
rius quando hæres, vel legatarius exiſtat. Concl.307. per diſcurſũ. Vide,
36 Vſusfructus ſimpliciter relictus vxori quid comprehendat. Concl.314. † Vi-
de Caſtr.in l.filius à patre, ff. de lib. & poſthum. vbi Iaſ.n.25. Alex.conſ.
58.Habita, n.2.li.3. Iaſ.in l.extraneum, n.5.ver. tertia fuit principalis, C.
37 de hæred. inſtit. † Declara; quia ſi teſtator relinquat vſumfructum
vxori, vel filiæ, donec vixerit, & poſt obitum vxoris inſtituat hæ-
redem filiũ, oritur perplexitas; quia hæres eſt ſub cõditione poſt
mortem vxoris, vxor non poteſt conſequi legatum vſusfructus,
niſi adita hæreditate; ſed quia conſtat de mente teſtatoris, quod
voluit deberi legatum in vita, Bald.in d.l.extranenm, C de hæred.in-
ſtit. ſaluat, quod hæreditas nõ poſſit adiri, ſed quod legatũ tuitio-
ne p̃toris, vel iudicis officio debeatur. Caſtr.conſ.280.nu.3.li.1.&
conſ.281.eod.li. quod eſt Romani, vbi recitat opiniones, & hanc
38 tuetur, & eſt cõſ.Romani 71. † Imo plus dicit, quod ſi extet ſtatutũ,
quod ſtantib. filiis maſculis, ſi adiuerint, excluſæ ſint fœminæ, &
ſi non adiuerint, ſeruetur ius cõmune; quod licet illa clauſula in-
ſit tacite, dũ dicit ſi adiuerint; tamen magis operatur expreſſa; quia
ſi moriatur hæres, anteq̃ adeat, non tranſmittit ad hæredes, niſi
ratã ſuã, quã tranſmitteret, ſi ceſſarent p̃dicta verba. Caſt. d. conſ.
39 280.in pr.li.1. † Amplia; quia vxor inſtituta hæres, donec vitã vi-
dualem ſeruauerit, dicitur inſtituta ad tẽpus. Bald.conſ.415.Quod
40 D.Cõteſſina li.5. † Amplia; qa ſi pater inſtituat filiũ pro medietate,
& vxorẽ, donec vixerit; pro alia medietate, & eiſdẽ vxori, & fi-
lio ſubſtituit fratrẽ teſtatoris in omnib.bonis immobilib. tm̃, v-
xor quoad mobilia cenſetur inſtituta ſimpliciter, & perpetuo;
quia inſtitutio ad tẽpus efficitur perpetua, ſublato vitio tẽporis.
41 Bald.conſ.449.Punctus talis eſt, li.4.per tot. † Amplia; quia ſicuti po-
teſt inſtitui poſthumus naſciturus; ita ẽt poteſt inſtitui Hoſpitale
conſtruendũ, ſed differunt in duob. quia poſthumus poteſt non
naſci, in Hoſpitali v. ſecus eſt; item nomine Hoſpitalis, antequam
conſtruatur, nõ poteſt hęreditas adiri, nec bonorũ poſſeſſio peti,
ſed interim Epiſcopus, tanquã curator, non tanquã hæres admi-
niſtrabit. Bald.conſ.319.Præmittendum eſt.li.5. vbi, an debeãtur in-
terim legata, vel nõ. Vide, Hoſpitale conſtruendum ſi hæres inſtituatur
42 qualiter, & per quẽ adeatur hæreditas. Cõcl.171. † Amplia; quia ſpurius
poteſt hæres inſtitui, cũ legitimatus fuerit; quia ſub conditione,
& tẽpus incertũ eſt facta; ſecus ſi ad tẽpus certum, Ang.conſ.223.
43 Caſus talis eſt, col.fi.in pr. † Quid ſi teſtator inſtituit vxorẽ, donec
vidua fuerit, & filiã inſtituit in dote, & pauperib. bona diſtribui
iuſſerit, ſi vxor nõ ſeruat viduitatẽ, diſputat Caſtr.conſ.276.Puto
ſine, li.2.n.2.& ſeq. ꝙ nõ ſit hæres vxor; quia eſt ad tẽpus, nõ filia;
quia ſub cõditione, quæ nõ extitit, ſi nuberet, & dicit, quod vxor
eſt hæres, donec ſeruat viduitatẽ, & ſi nubat, reſtituit ex fideicõ-
miſſo pauperib.; quia licet Bar. op. ſit cõtraria, amplectitur opi-
nionẽ Bal. meliorẽ in hoc, ꝙ verba obliquentur, & valeat in vim
44 fideicõmiſſi reſtitutio, nõ aliter. † Amplia; qa hæredis inſtitutio
ad vitã ſuã, vel donec vixerit, vel durãte ei⁹ vita, dicitur pura &
perpetua, qñ nullus alius hæres inſtituitur poſt mortem, & ſic re-
* mouetur vitiũ tẽporis. l.hæreditas ex die. ff.de hæred.inſt. vbi late Imo.
& hãc eſſe cõmunẽ * opinionẽ habetur, in l.quoties. & l.extraneum.
C.de hær.inſt. vbi Corn.& eſt tex.in l.ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit,
excepto fundo ff.de hæred.inſt. arguendo de re ad tẽpus, ꝙ fieri poteſt.
45 † Extende, vt procedat, ẽt ſi eſſet appoſita dictio, tantũ, veluti, in-
ſtituo ad vitã ſuã tantum, vel donec vixerit tantum; quia ſi nõ datur ali⁹
hæres poſt vitã, erit hæres perpetuo, vt per Io. de Im. in l. hæredit.
col.12.v.quid autẽ ſi teſtator, ff.de hær.inſtit. Corn.& alii in l.extraneum.
C.eod.tit. Aret.in l.ſi matrẽ. ff.de vulg & pupill. Ang. Aret.in §.hæres &
pure. Inſtit.de hæred.inſtit. Petrum de Vbald. in repet ca.Raynutius, col.
46 104. cum ſeq. de teſtam. † Extende idẽ, ſi eſſet inſtitutus hæres vſq;
ad decẽ annos tm̃, cum hoc, quod non poſſit eſſe hæres vltra decẽ
annos; quia ſi non eſt datus alius hæres poſt decẽ annos, erit hæ-
res perpetuo. Soc.conſ.14.Sequendo ordinem. Caſtrenſ.conſ.241.li.2.

vbi late. † Extende, vt p̃dicta procedant etiã, quando teſtator in-
ſtituit Titiam vxorem & Lucretiam hęredes vniuerſales pleno 47
iure in vita earum tantũ, & cuicunq; earũ decedenti ſubſtituit
alterã ſuperuiuentẽ, & non prouidit aliter de alio hærede vni-
uerſali poſt earũ mortẽ, ſed fecit multa legata. An ambab. mor-
tuis hæreditas pertineat ad ſuccedentes ab inteſtato teſtatori; an
v. ad hæredes inſtitutarũ in vita tm̃; quod videtur verius ſecũdũ
p̃dicta, vide de hoc pleniſſime Caſt.d.conſ.241.li.2. qui tenet con-
trarium, quod teneatur reſtituere veniẽtib. ab inteſtato, incipit,
Super hoc puncto duo ſunt videnda, idem tenet Ang.conſ.148.Dominus
Quintus, col.3. † Contrarium, quod imo hæres in vita ſua tm̃, non
dato alio hærede vniuerſali, ſit hæres perpetuo, & non teneatur 48
hęredib. teſtatoris ab inteſtato reſtituere, tenet Im. aperte in l.hæ-
reditas, col.6.n.7.v.quid autẽ ſi teſtator, ff.de hæred.inſt. Ang.in l.1.§.ſi ex
fundo ff.eo.tit. qui idẽ dicit in inſtituto in fundo tm̃, qui non dato
hærede vniuerſali nihil reſtituit. Corn.in d.l.extraneũ, C.de hæred.
inſtit. Aret.in l.ſi mater. ff.de vulg. & pupil. Ang. Aret. Inſt. de hæred.in-
ſti.d. §. hæres & pure. Modern. Bononienſes repetentes in l.re con-
iuncti, col.12. ff.de leg.3. Petrus de Vbald.in repet.ca.Raynutius col.104.
cum ſeq. de teſtam. & videtur caſus in l.ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit,
excepto fundo. ff.de hær.inſtit. arguẽdo de re ad tẽpus, quod eſt licitũ:
inſtitutus ergo hæres ad tẽpus eſt hęres perpetuo, & non tenetur
reſtituere venientibus ab inteſtato, neq; cohęredi, niſi qñ datus
fuit cohęres poſt tẽpus, veluti ſi quis eſt inſtitutus hęres ad tẽpus,
& poſt tẽpus datus alius hęres: primus erit hęres perpetuo, & te-
nebitur reſtituere hæredi ſecundo per fideicõmiſſum, vt dicũt p̃-
fati Dd.in locis allegatis inf.nu.53.& ſeq. † Declarat plene Caſtr.
conſ.241.per tot.li 2. vbi recitat omnes opiniones, videlicet primo, 49
quod talis inſtitutio nõ valeat facta ad vitã duorũ inſtitutorũ tã-
tũ; quia hæreditas ad tẽpus dari nõ poteſt certũ, & dicitur certũ;
quia nõ eſt dubiũ, quod ſunt morituri: ſecũdo dicit videri, quod
imo valeat; quia taxatiua ineſt tacite; quia ſi ſimpliciter inſtituiſ-
ſet, intelligeretur, donec vixerint, & in omnẽ caſum reiicitur cõ-
ditio, vel modus, qui vitiat inſtitutionẽ, & propterea hęres, ad tẽ-
pus datus ſẽper eſt hęres, & tranſmittit ad ſuos hęredes, & hoc p̃-
ſuppoſito pro vero tertiã adducit opinionẽ Caſtr.n.5.ver.ſecũdo loco
dicendum, quod Bart.& alii ſunt imperfecte loquuti; quia dicunt
verũ, ſed nõ aperiunt, an hæredes talis inſtituti ad vitã tm̃ teneã-
tur reſtituere ex tacito fideicommiſſo venientib. ab inteſtato; id-
eo dicit ipſe, quod iſti hæredes cẽſentur grauati ex tacito fideicõ-
miſſo reſtituere veniẽtib. ab inteſtato, ne taxatiua ſit fruſtratoria,
allegat in ſimili Bald.in d.l.extraneum, C.de hær.inſt. & dicit Bal. * *
omnes ſequi, & alleg.tex.in l.fi.C.de legat.& in l.Titia cum teſtamen-
to.§.fi.ff.de leg.2. vbi ille, cui relinquitur ad certũ tẽp⁹, cẽſetur poſt
tẽpus grauatus reſtituere hæredi, & idẽ dicit Caſt.conſ.276.Puto
ſine dubio.n.2.li.2. vbi reprobat Bar.& dicit Bal. melius loquutũ, v-
bi, quod talis inſtitutio facta ad tẽpus valeat, ſed poſt tẽpus reſti-
tuatur in vim fideicõmiſſi venientib. ad inteſtato, ſi alius hæres
datus nõ ſit, vel eidẽ hęredi dato fit reſtitutio per fideicõmiſſum,
qa directo iure nõ poteſt valere: ideo verba directa obliquantur.
† Declara; quia p̃cedens declaratio habebit locũ, qñ teſtator de-
dit hæredẽ ad certũ tẽpus alio hærede dato poſt tẽpus, vel qñ de- 50
dit hæredẽ ad certũ tẽpus, nullo alio hærede dato, ſed adiunxit,
quod hęres datus poſt tẽpus nõ eſſet hęres; quia tũc obliquatur,
& reſtituitur per fideicõmiſſũ, non a. iure directo venientibus ab
inteſtato. Caſtr.d.conſ.276.n.2.v.nunc eſt videndum, li.2. † Et idẽ dicit
Caſtr. eſſe, ſi teſtator inſtituat hæredẽ ex die, puta, hinc ad biennium 51
poſt mortem teſtatoris; quia certe erit hæres ẽt mero iure à princi-
pio, ſed tenetur reſtituere venientib. ab inteſtato pro illo tẽpore
ſuſpenſo ex fideicõmmiſſo; quia cõſtat, quod nõ voluit auferre ab
eis, & ſic ex mẽte debet hęres reſtituere pro illo tẽpore, ita Caſtr.
d.conſ.241.in fi.li.2. † Quid a. ſi datus eſt hæres pure, & eidem ſit
datus ſimul hæres ſub cõditione, an hęres pure durante cõditio- 52
ne dicatur hęres in totũ; vide gloſſ. magnam in l.2.ff.ſi pars hær.pet.
† Amplia; quia vxor hęres inſtituta ad vitã (ſi poſt illius mortem
inſtituitur alter) erit hæres ad tẽpus ſuæ vitæ, & perpetuo; quia 53
ſemel hæres nõ poteſt deſinere eſſe hæres. Mart. Sillymen. cum
quo trãſeunt Bald. Ang. Im. Caſtr. vt refert Alex.in d.l.extraneum,
col.3.C.de hær.inſtit. qui dicunt, quod tempus appoſitũ in inſtitu-
tione vxoris detrahitur, & ſic erit hæres perpetuo, ſed rogata de
reſtituendo hæreditatẽ poſt mortem ſuã alteri hæredi inſtituto,
ita Imo.in l.hæreditas ex die. ff.de hæred.inſtit. ſequitur Aret. qui dicit
veriſſimum in l.filius à patre. ff.de lib & poſthum. & alios citat, vbi ẽt
Alex. Caſtr.in conſ.241.li.2. & hanc partem videntur ſequuti ad-
uocati Florentini, & hãc ſequitur Corn.in d.l.extraneum. C.de hær.
inſt. vide plurimos ſupra n.48.ver.contrarium. & hanc partem tenet
Bald.in l.id quod pauperib.in 14.qu.C.de Epiſcop.& Cleric. Guido Pap.

54 *deciſ.*308.& vide ſupra *ver.amplia,n.*7.† Contrarium,quod omne
tempus ſubducatur de medio in perſona vtriuſq;, tenet Bart.in
*d.l.hæreditas, per illum tex.ff. de hær. inſti.* vt ſit perinde, ac ſi quilibet
eorũ pure eſſet inſtitutus, ſequitur Alex. qui corroborat multis
fundamentis,quicquid dixerit in *d.l.filius à patre.ff.de liber &poſth.*
& idem Alex.cum hac opinione videtur tranſire *conſ.*162.*col.*4.
*ver.ad prædictorum, li.*2.*n.* 8. vbi dicit, quod ſi teſtator inſtituat Ti-
tium in ſemiſſe vſq; ad Paſcha, Seium in eodem ſemiſſe poſt Pa-
ſcha, & Gaium in alio ſemiſſe ſimpliciter, omne tẽpus ſubduci-
tur de medio,& quilibet intelligitur in virili, niſi mẽs teſtatoris
55 repugnet, inſtitutus.† Declara; q̃a ſi fieret talis inſtitutio in de-
ſcẽdẽtes, puta,*pater inſtituit filiũ,&poſt mortẽ illius inſtituit nepotes ex*
*eo deſcendentes;*tũc erũt duæ inſtitutiones propriæ;prima ad vitam
filii;ſecunda poſt eũ filii.Bald.*conſ.*53.*Inſtituo.li.*3.ſecus ſi inſtitui-
tur filius ad vitã,&poſt eũ inſtituitur extraneus;quia ſecunda in-
ſtitutio erit ſubſtitutio,&verbũ directũ obliquatur.Bald.*cõſ.*47.
56 *li.*1.†Ego credo,ꝙ vera declaratio ſit, ſi inſtitutio prima eſt ad in-
certũ tẽp⁹,puta ad vitã inſtituti,&ſecũda poſt mortẽ primi valet,
vt ſupra in principio:ſi v.ad certũ tẽpus, nõ valet,ſed omnes ſunt
hæredes ſublato tẽpore,& ſic loquitur Alex.*d.conſ.*162.*nu.*8.*li.*2.
☞ Vide,*Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres, & quando ſecus.* Concl.46.
57 † Limita;quia hæreditas nõ poteſt ex die,vel ad diẽ dari.*l. hæredi-*
*tas ad diẽ.ff.de hær.inſtit.*Petr.de Anch.*conſ.*47.*Pro clariori deciſione,in*
*pr.*Ruin *conſ.*206.*n.*23.Caſtr.*conſ.*409.*Quia hic,in pr.ver.ſecundo di-*
58 *co li.*1.† Extende; quia qñ aliquis inſtituitur hæres ad vitã, & poſt
mortẽ primi hæres alius inſtituitur,ſecundus nõ erit hæres dire-
ctus,ſed fideicõmiſſarius.Ang.Aret.in §.*hæres,Inſt.de hær.inſt.*Bald.
in *l.ita miles hæredem.ff.de teſtam.mil.* Alex.*conſ.*162. *Circa primum,lib.*
2.*n* 8.Iaſ.poſt alios in *l.extraneum.C.de hær.inſt.n.*4. & primus cen-
ſetur grauatus onere fideicõmiſſi,& detrahere poteſt Trebellia-
☞ nicam.Caſtr.*d.conſ.*409.*in pr.ver.ſecundo dico.lib.*1.Vide, *Subſtitutio*
59 *pupillaris ad hoc vt valeat,quæ requirantur.Concl.*822.† Extende; quia
non poteſt hæres inſtitui cũ prohibitione perpetuæ adminiſtra-
tionis, antequã ſoluerit legata,ſed interim exequutor ſoluat le-
60 gata.Petr.de Anch.*d.conſ.*47.*in pr.*†Declara;quia teſtator ex cau-
ſa expreſſa poteſt prohibere adminiſtrationẽ hęredi.Petr.de An-
61 char.*d.conſ.*47.*n.*3.† Contrariũ, quod imo poſſit hæres ad tẽpus
incertũ inſtitui, & grauari,vt integram alteri reſtituat hæredita-
tem,plene Cald.*conſ*364.alias 35.*de teſtam.circa med.ver.ſi vero teſta-*
*mentum*,& ita etiam Caſtr.*conſ.*259.*Omnis difficultas, in pr.per tot.lib.*
1.vbi,quod ſi inſtituatur vxor ſub conditione,*ſi vitã ſeruauerit vi-*
*dualem in domo teſtatoris,alias ſi cõtrarium faciat,inſtituit alios*, valebit
inſtitutio;quia eſt ad tempus incertum.

## Hæredis inſtitutio quibus caſibus non valeat, prout facta fuit. Concl. 85.

1 HÆREDIS †inſtitutio non valet facta poſt certum tẽpus;quia
tempus ſubducitũr de medio,ac ſi nõ fuiſſet appoſitũ; ſecus
ſi tẽpus eſſet incertũ, vt puta poſt mortẽ tertii; quia quis hæres
poteſt inſtitui.*l.hæreditas.ff.de hær.inſt.* §.*hæres, Inſtit.eod.tit.*Fed.de
Sen. *conſ.*56. *Domine Franciſce,in pr.* Vide plenius in Concluſione
2 prox.præced.*nu.*44. *& ſeq.*† Rationẽ ponit Fed.de Sen.*d.conſ.*56.
quia incertus dies eſt cõditionalis, quo caſu valet, eueniẽte cõdi-
3 tione;ſecus eſt,ſi dies eſt cert⁹;q̃a ſubducitur.†Rationẽ aliã alle-
gat Chriſt. Port.*Inſt.de hær.inſt.d.*§.*hæres,*quia ſicuti hæreditas nõ
poteſt diuidi in re;q̃a quis pro parte teſtatus,&ꝓparte inteſtatus
4 eſſe nõ poteſt,&ſic ẽt diuiſio non poteſt eſſe in tẽpore.† Amplia;
quia non valet inſtitutio facta cũ maledicto.Bald.*conſ.*430.*nu.*9.
☞ *ver.In contrarium videtur,li.*5.Vide,*Legatum factum cum maledicto non*
5 *valet, & quando ſecus. Concl.*48.† Amplia;quia non valet inſtitutio
facta per errorẽ, vt ſi credidit inſtitutũ eſſe filium ſuum,qui non
erat,non valet.*l.eam quam.C.de fideic.*Bald.*conſ.*430.*nu.*9.*ver.quæri-*
☞ *tur ergo.li.*5.*& in fi.ver.aut è contra pater.* Vide, *Error expreſſus quando*
6 *vitiet actum in iudicialib.& quando ſecus.Concl.*322.† Extende; quia
non valet inſtitutio ex falſa cauſa;vt ſi quis inſtituat,vt filium,eũ,
qui non eſt.*l ſi pater C.de hæred.inſt.* vbi Bart.& alii; quia debentur
bona,& hæreditas venientibus ab inteſtato, Iaſ.in *l.neq; profeßio.*
*n.*5.*C.de teſtam.*vbi Caſtr.&alii.Alex.*conſ.*88.*n.*17.*li.*7.Barb.*conſil.*
7 27.*n.*5.*li.*1.Pariſ.*conſ.*12.*nu.*227.*lib.*2.Grat.*conſ.*150.*li.*2.† Extende;
quia procedit tam in filio ſpurio legitimato hærede inſtituto vt
filio,qui non eſt filius; quia non valet inſtitutio, ſed neque valet
ſubſtitutio illi facta de filiis illius; quia licet contemplatione ſui,
& non patris cenſeantur ſubſtituti;tamen adhuc ſubſtitutio eua-
neſcit,ſi filius nõ eſt talis; ergo neq; nati ex eo ſunt nepotes ex fi-
lio,ita plene Alex.*d.conſ.*88.*Omißis tribus,n.*17.*& ſeq.* vbi apoſtilla
8 in *verb.vitiaretur,li.*7.† Extende,vt procedat ampliatio etiã quan-
do pater errauit; quia credit filium fuiſſe partum ſuppoſitum,&
erat vere filius; quia non valet inſtitutio, Bald. eodem *conſ.*430.
*circa fi.ver.amplius ad declarationem.li.*5. † Extende; quia inſtitutio 9
filii legitimati eſt nulla, ſi legitimatio nõ valet Caſtr.in *d.l.eã quã,*
*n.*4.*C.de fideic.*vbi,quod pertinet ad venientes ab inteſtato, Cor.
in *l.ſi pater.C.de hær.inſt.*Iaſ.in *l.neq; profeßio.n.*8.*C de teſtam.*Ang.*cõſ.*
93.*col.*3.*in fi.v.deſcendo nunc ad principale.* Dec.*conſ.*288.*Quæritur,col.*
2.Pariſ.*conſ.*12.*n.*227.*li.*2.Grat.*conſ.*158.*li.*2.Rol.à Vall.*conſ.*49.*nu.*
23 *li* 3. Vide, *Filiatio eſt probanda ab eo,qui dicit ſe filium.Concluſ.*343. ☞
† Reſtringe,qñ pater non errauit,puta quia non credidit filium, 10
& non erat,vel etiam,qñ credidit filium,& erat filius; quia tunc
valet inſtitutio.Bald.*d.conſ.*430.*in fi.ver.aut nõ putauit.li.*5.†Decla- 11
ra; quia in dubio præſumitur credidiſſe eum filium, ſi tanquam
talem educauit,niſi aliter conſtet, eum ſciuiſſe impedimentum,
per quod mulier generare non potuerit;quo caſũ, niſi conſtaret
de contraria crudelitate,præſumeretur credidiſſe id,quod natu-
ra dictat.Bald.*d.conſ.*430.*in fi.ver.aut eſt dubiũ.li.*5.†Reſtringe;quia 12
licet non valeat inſtitutio facta per patrẽ,qñ errauit,vt ſupra:ta-
men ſecus eſt, qñ dubitauit, & propterea mediã viã elegit,puta
inſtituendo talẽ hæredẽ in totum,vel in parte, quẽ aſſeruit edu-
caſſe;quia ſiue ſit filius, ſiue non, videtur teſtator mediã viã ele-
giſſe dubitans;ideo valet teſtamẽtũ, &inſtitutio.Bald.*d.conſ.*430.
*Titius habebat,per tot.*vbi eſt caſus.*li.*5.† Amplia; quia ſi pater inſti- 13
tuit filiũ & deſcẽdentes ex eo ſuos hæredes, licet ſint inſtituti co-
pulatiue,tamen talis inſtitutio habet locũ ordine ſucceſſiuo;quia
vbi cadit ordinata charitas, cẽſentur inſtituti ordine ſucceſſiuo,
videl.pater ad vitã, & deſcendentes poſt mortẽ patris.Bald.*conſ.*
492.*Non eſt dubium.li.*2.quod duplicatur *conſ.*303.*li.*3.Vide, *Ordo* ☞
*ſucceßiuus quando attendatur.Concl.*199.† Amplia; quia nõ valet in- 14
ſtitutio hæredis; quæ habet in ſe repugnantiam.*l.vbi repugnantia.*
*ff.de reg.iur.*ita arguit Ang.*conſ.*358.*Inſtitutio facta,in fi.*vbi, ſi hæres
inſtituitur in dimidia cũ expreſſa prohibitione, quod non poſſit
habere, niſi dimidiã hæreditatis; quia alio non dato hærede erit
nulla;quia eſſet neceſſario pro parte teſtatus,& pro parte nõ; ni-
ſi dicamus causã teſtati trahere ad ſe causã inteſtati, vt ibi.† Ex- 15
tende in legatis;quia vbi eſt repugnãtia, quæ nõ poteſt concilia-
ri,vitiãtur. Vide,*Repugnãtia non admittitur,ſed potius actus ãnullatur.* ☞
*Concl.*203.†Reſtringe;quia valet inſtitutio hęredis facta cũ hoc, 16
ꝙ nõ poſſit eſſe hæres, niſi prius ſatisfaciat omnia legata, & im-
pleat omnia cõtẽta in teſtamento Iaſ.*conſ.*110.*in ſecundo dubio,lib.*1.
† Amplia;quia nõ valet, ſi fiat inſtitutio hęredis ad interrogatio- 17
nẽ,& importunitatẽ alterius, qñ teſtator eſt moribundus, & de
omnib.reſpõdet, ꝙ ſic. Vide, *Teſtamentum ex quib. non poßit dici nul-* ☞
*lum ex defectu voluntatis, & quando ſecus. Concl.*133.†Limita;quia va- 18
let inſtitutio hęredis facta poſt, vel vſq; ad tẽpus incertũ.vide cõ-
cluſ. præc.in fi.† Extende, vt idẽ ſit in ſubſtitutione facta incapa- 19
ci inſtituto, puta ſi ſpurio fuit ſubſtitutus locus pius, ſi inſti-
tutus deceſſerit ſine filiis;quia mortuo teſtatore, licet inſtitutus
ſit incapax:tamẽ nõ eſt locus ſubſtitutioni cõditionali,dũ pẽdet,
nec veniẽtes ab inteſtato ſuccedũt, ſed ex quo tẽpus eſt incertũ,
remanet in ſuſpẽſo.Ruin.*conſ.*97.*n.*5.*& ſeq.li.*2.vbi *n.*7.dicit,quod
interim debet dari adminiſtrator veniens ab inteſtato cũ onere
reſtituendi, iuxta not.per Bart. & alios in *l.ſi quis inſtituatur.ff.de*
*hær.inſt.*Capr.*conſ.*69 *n.*14.*ver.circa quæ cadit dubitatio.*Vide in Cõ-
cluſ.prox.ſeq. † Amplia; quia hæredis inſtitutio nõ valet facta in 20
codicillis;quia hæreditas neq; dari, neq;adimi poteſt in codicil-
lis.Soc.*reg.*2.*Hæreditas per fideicõmiſſũ,* vbi reſtringit quatuor mo- ☞
dis. Vide plenius,*Codicillis quando hæreditas dari, vel adimi poßit,vel nõ.*
*Concl.*406.

## Hæredis inſtitutio pendens ex àlieno arbitrio nõ valet,& quando ſecus. Concl.86.

HÆREDIS †inſtitutio pẽdens, ſeu collata in arbitrium alienũ, 1
tanquã incerta,&captatoria,non valet.*l.illa inſtitutio.ff de hær.*
*inſt.*Vide,*Captatoria voluntas quæ dicatur, vel non. Concl.*62.† Amplia; 2
vt procedat nedum in inſtitutione,ſed etiã in ſubſtitutione,quia
ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio per ꝑdicta. † Limita in inſtitu- 3
tione filiæ,vel filii facta in ea portione,quam exequutor declara-
bit; quia cum debeat habere legitimam filius iure inſtitutionis,
ſatis dicitur certa, ex quo non poſſunt exequutores arbitrari in
minori quantitate,quã importet legitima.Bald.*conſ.*449.*Punctus*
*q.in pr.li.*3.† Limita;quia non dicitur captatoria, qñ non eſt com- 4
miſſa libero arbitrio alterius; quia valet, ac ſi eſſet facta ad pias
cauſas.Cuma.*conſ.*131.*Magiſter Ioãnes,in pr.& conſ.*108.*Teſtator lega-*
*uit,in pr.*† Limita;quia valet legatum factum vxori,vt diſtribuat, 5
prout teſtator in ſecreto ſibi dixit;quia nõ eſt captatoriũ, ſed de-
betur,nec tenetur in causã piam diſtribuere.Cuma.*d.conſ.*108.*in*
*princip.*

*prin.& per tot.* vbi, quod acquiritur hæredi, ſi moriatur vxor, ante-
6 quam adita ſit hæreditas. † Declara; quia imo hæres non tenetur
ſoluere legatum factum etiam pro anima ad volũtatem & diſpo-
ſitionem certorum exequutorum, niſi ipſi vt teſtes prius depo-
nant mentem teſtatoris; quia poſſet dici captatoria. Bald. *conſ.* 482.
*Quia deus auolus. circa fin. lib.* 4. Vide, *Exequutores ad pias cauſas quali-
ter, & quibus poßint diſtribuere. Concl.* 531.

## Hæredis inſtitutio ex quibus deficiat, vel non. Concluſ. 87.

1 HÆRES † inſtitutus ſi moriatur ante teſtatorẽ, euaneſcit inſti-
tutio, nec trãſmittit aliquid. Caſtr. *conſ.* 292. *Quia in puncto, in
2 pr. v. ſed dubium eſt, lib.* 1. † Amplia; quia hæres inſtitutus ſub cõditi-
one caſuali, ſi decedat poſt teſtatorẽ ante cõditionis euentum, nõ
eſt hæres, neque tranſmittit aliquid ad ſuos. Bald. *conſ.* 80. *Punctus,
3 ſuper quo petitur, in fi. lib.* 4. † Reſtringe in filio, q debet habere legi-
timã iure inſtitutionis; quia reiicitur de legitima omnis cõditio.
4 Bald. *d. conſ.* 80. *in prin. lib.* 4. † Reſtringe, niſi eſſet dati plures hære-
des; quia licet alii moriãtur viuo teſtatore; ſi tamẽ vnus ſuperui-
uat, ille erit hæres in ſolidũ per ius accreſcẽdi. Bal. *conſ.* 36. *Proponi-
5 tur. n.* 2. *v. ex hoc ſuppoſito. lib.* 3. † Amplia; quia ſi teſtator inſtituit ſo-
rorẽ hæredẽ, & ſi ea viuẽte filii ſororis effecti fuerint maiores, il-
los ſubſtituit in hæreditate, alias ſubſtituit Petrũ, mortua ſorore,
viuẽte teſtatore, cuius filii nõ erãt maiores, euãeſcit inſtitutio ſo-
roris, & ſubſtitutio filiorũ ſororis, etiã ſi filii perueniſſent ad æta-
tẽ tẽpore mortis teſtatoris, ſed Petrus ex vulgari erit hæres, qui
reſtituere tenetur ex fideicõmiſſo filiis ſororis hęredibus inſtitu-
6 tis in codicillis. Caſtr. *d. conſ.* 292. *Quia in puncto. in pr. lib.* 1. † Amplia;
qa ſi inſtitutio fiat de fratribus Minoribus, qui nihil poſſũt habe-
re, nõ valet, de quo vide Ant. Gabriel. *lib.* 4. *tit. de hæret. inſtit. Concl.* 1.
*Inſtitutio facta de fratrib. Minoribus.* Vide, *Fratres Ordinis Minorum. Cõ-
cluſ.* 465. vbi plenius poſui. Vide, *Subſtitutio an valeat facta hæredi de-
cedenti ante teſtatorem, & quando ſecus. Concl.* 851.

## Hæredis inſtitutio facta ad nutum non valet, & quando ſecus, & quid ſi ad interrogationem. Concl. 88.

1 HÆREDIS † inſtitutio facta ab eo, qui nõ poteſt loq ex accidẽti
nõ valet, niſi ſcribat nomẽ hæredis; ideo ſi ad interrogationẽ
Notarii annuat capite tãtũ, nõ valet *l. hæredes palam, in prin. ff. de teſt.*
2 Cald. *conſ.* 369. alias 40. *in pr. de teſtam.* † Extẽde; quia etiã inter libe-
ros nõ valet hæredis inſtitutio ad nutũ facta; Ang. *conſ.* 258. *Teſtator
3 fecit. in prin.* † Amplia; quia nec valet inſtitutio hæredis facta ad in-
terrogationẽ alterius, Bald. *conſ.* 174. *Quidam D. Ribald. lib.* 3. per *l. iu-
4 bemus. C. de teſtam.* † Cõtrariũ tenet Bal. quod imo valeat inſtitutio
hæredis facta per teſtatorẽ ad interrogationẽ, quãdo teſtator ſci-
ebat articulate loqui, Bald. *conſ.* 118. *Super primo, n.* 2. *v. ſuper ſecundo.
5 lib.* 4. † Extẽde; quia valet inſtitutio facta ad interrogationẽ Nota-
rii ab eo, qui ſcit loqui articulate, etiã ſi extet ſtatutũ, quod Nota-
rius nõ ſcribat, niſi id, quod teſtator ore proprio dixerit circa hæ-
redis inſtitutionẽ; quia ſtatutũ intelligitur ſecundũ ius cõmune.
6 Bald. *d. conſ.* 118. *v. ſed conſiderata forma lib.* 4. † Declara, vt ãpliatio nõ
7 procedat fauore piæ cauſæ. Bald. *d. conſ.* 174. *in prin. lib.* 3. † Declara;
quia ſi teſtator poteſt articulate loqui; quia nõ eſt oppreſſus mor-
te, & ſi ad interrogationẽ affirmet, *volo*, ſufficit; ſi vero eſt oppreſ-
ſus morte, nõ ſufficit, q affirmet, niſi explicite dicat, *volo*, vel *placet*,
8 ita quod cõſtet eũ intelligere, Ægid. *conſ.* 1. *n.* 32. *v. q. d ergo.* † Decla-
ra, vt plene per Menoch. *conſ.* 45. *per tot.* vbi hoc pleniſſime expli-
9 cat, quãdo valeat, vel nõ. † Amplia, & eſt regula, q hæredis inſti-
tutio nõ valet facta in teſtamẽto nũcupatiuo, niſi teſtator ore ſuo
nũcupet, hoc eſt, nominet hæredẽ, ſi poteſt loqui, vel ſcribat. Æg.
*d. conſ.* 1. *n.* 32. *v. circa ſecundum*, vbi, quod nominare debet corã teſti-
10 bus audiẽtibus, & intelligẽtibus. † Extẽde in tãtũ, vt neq; ſuffici-
at, ſi teſtator tradat ſuũ teſtamẽtũ ſcriptũ Notario ad legẽdũ corã
teſtib. & illud legatur, & rogetur; quia ex quo nõ nominauit hæ-
redẽ ore proprio nõ valet. Ægid. *d. conſ.* 1. *n.* 32. *v. iuxta quod quæritur.*
11 † Vide omnino Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 19. vbi ponit tres opinio-
nes; prima eſt, quod nõ valeat hæredis inſtitutio nutu, vel præſũ-
ptionibus; quia requiritur expreſſio, vt ſupra; ſecunda, quod imo
valeat; quia præſumptio eſt probatio manifeſta; tertia eſt decla-
ratoria, quod valeat, ſi ex ſcriptura oriatur præſũptio, alias ſecus.
12 † Reſtringe tribus caſibus, in milite, in patre inter filios, & fauo-
re piæ cauſæ; quia valet teſtamẽtũ nutu, & inſtitutio hæredis ex
13 præſũptionibus, vt idẽ Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 19. *n.* 10. *& ſeq.* † Li-
mita, ſi adeſt clauſula codicillaris; quia ſaltẽ valebit in vim fidei-
cõmiſſi; quia nutu poteſt legari, & fideicõmiſſũ relinqui, ideo ve-
niẽtes ab inteſtato hæredes erũt, & reſtituẽt ex fideicõmiſſo huic
per nutũ inſtituto. Cald. *d. conſ.* 369. alias 40. *de teſtã.* Vide, *Clauſula
codicillaris operatur multa, & quando ſecus. Concl.* 292. † Cõtrariũ tenet 14
Ægid. Bellã. *d. cõſ.* 1. *n.* 33. quod hæc clauſula nihil operatur, ex quo
nõ eſt hæres nũcupatus, nec poteſt dici inſtitutus; ſed tamẽ argu-
mẽtũ Bella. cõfũditur; quia ſupra proxime, *v. itẽ q. d ſi hæred.* tenuit
valere nutu fideicõmiſſũ; ergo nõ valet hęredis inſtitutio directa,
ſi nõ eſt nominatus, ſed obliqua ſecus. † Limita in legato; quia va- 15
let legatũ factũ ad nutũ, etiã ad interrogationẽ alterius. Bald. *conſ.*
445. *Super prædictis. n.* 2. *v. circa ſecundum. lib.* 3. & *conſ.* 118. *Super primo.
n.* 2. *v. ſuper ſecundo. lib.* 4. Vide, *Legatum nutu, & aliis modis fieri poteſt.
Concl.* 34. † Extẽde idẽ in fideicõmiſſo; quia valet nutu factum, vel 16
ad interrogationẽ. Ægid. *d. conſ.* 1. *n.* 32. *v. itẽ q. d ſi hæredẽ.* † Limita; qa 17
inſtitutio hæredis facta ad interrogationẽ valet, quando facta eſt
per verba geminata, videlicet, *voglio, che ſia hærede il tale, & lui habbia
la mia hæredita*; id eſt, *volo, vt talis ſit hæres, & meam hæreditatem habeat*,
quia etiã ſi ſit nulla inſtitutio propter præteritionẽ filiorum, vale-
bit vt fideicõmiſſum Bald. *conſ.* 174. *per tot. lib.* 3. † Limita; quia valet 18
teſtamẽtum nuncupatiuum, licet nõ nominetur hæres à teſtato-
re, ſi illum præſentẽ oſtẽdat, ita quod conſtat ſenſiſſe de eo, Ægid.
*d. conſ.* 1. *n.* 32. *v. quod ſic probo.* † Limita; quia valet teſtamentum, & 19
hæredis inſtitutio facta ad nutum, ſi interuenit ſcriptura eius, qui
teſtatur. Ang. *conſ.* 258. *per tot.* † Extẽde, vt procedat, etiam ſi agatur 20
de reuocando primo teſtamento, in quo erat inſtituta pia cauſa;
& in quo erat clauſula codicillaris, Ang. *d. conſ.* 258. *per tot.* vbi eſt
caſus. Vide, *Mutus ſine loquela poteſt multa, & quæ non. Concl.* 440.

## Hæres dicitur inſtitutus in re certa, & quando efficiatur vniuerſalis, & ad quæ teneatur. Concl. 89.

HÆRES † inſtitutus in re certa, vel habẽs legatũ rei particula- 1
ris iure inſtitutionis, efficitur hæres per ius accreſcendi, alio
hærede vniuerſali non adeũte, *l. quoties. § . ſi duo. ff. de hæred. inſtit*: vbi
Bar. & alii plenius in *l. ex facto. la ſeconda. ff. eod.* Vide, *Inſtitutus in re
certa quãdo qs dicatur, vel nõ. Cõcl.* 228. † Amplia; quia imo filius hæ- 2
res inſtitutus in re certa à patre cũ clauſula, *pro portione hæreditaria
eum tãgẽte*, licet inſtituat alios filio[s v]niuerſales; tamẽ pro rata eſt
hæres vniuerſalis, & tenetur pro [illegible] ad onera impoſita perſonæ
defũcti pro rebus Soc. pulchre *conſ.* 243. *in fi. v. poſtremo lib.* 2. † Am- 3
plia; quia hæres in re certa dicitur hæres vniuerſalis, quãdo alius
hæres vniuerſalis nõ eſt datus. Menoch. *conſ.* 224. *nu.* 35. *& n.* 52. † 4
Amplia; quia hæres dicitur in re certa inſtitutus in medietate bo-
norũ ſtabiliũ. Cuma. *Cõſ.* 109. *Teſtator inſtit. in pr.* † Amplia; quia ſi 5
teſtator inſtituit vnũ hæredẽ in medietate bonorũ ſtabiliũ; & ali-
ũ hæredẽ in alia medietate, nec nõ & in bonis mobilibus, & me-
dietate ſtabilium, & actionibus; quia vterque eſt inſtitutus in re
certa; ideo quia non datur hæres vniuerſalis, vterque eſt vniuer-
ſalis, & pro rata tenetur ad debita, legata, & ad æs alienum, Cuma.
*d. conſ.* 109. *in prin.* † Declara ſecus eſſe, ſi quota ſit hæreditatis, pu- 6
ta, tertia, quarta, vel alia quota; quia cum hæreditas ſit quid vni-
uerſale, hæres in quota eſt hæres vniuerſalis pro rata. Abb. in *c.
Raynutius, n.* 27. *de teſtam.* † Amplia; quia nedum inſtitutio in re cer- 7
ta, & in quãtitate trahitur ad vniuerſalem inſtitutionem, ſed etiã
ſubſtitutio facta verbis directis; ſecus ſi eſt facta per fidei cõmiſſũ
ſubſtitutio; quia nunquã trahitur ad vniuerſalẽ Bald. *conſ.* 223. *Sub-
ſtitutio facta. lib.* 4. † Limita ſecus eſſe in filia, cui pater legatũ fecit 8
pro dote; quia ſi nõ eſt iure inſtitutionis, dicitur præterita, & non
habet ius accreſcẽdi, hærede non adeũte ex legato dotis Bald. *con.*
109. *Licet filiæ ſit relictum. lib.* 1. † Limita in filia expreſſe exhæredata 9
propter viã luxurioſã; quia licet pater in eodẽ teſtamẽto relinquat
aliquid iure inſtitutionis eidẽ exhæredatæ; tamẽ erit ſimplex le-
gatum. Bald. *conſ.* 253. *Filiafamilias, circa fi. v. nec obſtat. lib.* 2. Vide, *Le-
gatum an proprie dicatur factum filiæ inſtitutæ in certa quantitate. Concl.*
143. † Limita; quia imo hæres inſtituta in vſufructu tãtum, nõ po- 10
teſt per ius accreſcendi effici hæres vniuerſalis; tum propter di-
ctionẽ, *tãtum*; tum etiã, quia natura vſusfructus nõ patitur tãquã
inſtitutus in re incerta, non autẽ in re certa; & quia cum pẽdeat à
proprietate, poteſt ad ſe trahere proprietatẽ. Bald. plene *conſ.* 273.
*Factum ſic ſe habet, Titius, lib.* 4. † Reſtringe, quãdo hæres in vſufru- 11
ctu non habet hæredẽ alium, nec cohæredẽ vniuerſalem, niſi poſt
mortẽ, & dicitur grauatus fideicommiſſo poſt mortẽ. Menoch.
*conſ.* 277. *n.* 63. vbi dicit veriorẽ, & magis *communem. Reſtringe *
† limitationẽ, vt non procedat reſpectu taxatiuæ, quãdo in re cer- 12
ta eſt inſtitutus etiã taxatiue is, qui ex præteritione poterat dicere
teſtamẽtum nullum; quia tunc non dato alio hærede vniuerſali,
per ius accreſcẽdi erit hæres vniuerſalis. Bald. *conſ.* 274. *Ad euidẽtiã
ſciendum eſt. lib.* 4. *in prin.* Vide, *Ius accreſcẽdi in quibus locum habeat, vel
non. Concluſ.* 565. † Reſtringe; quia imo legatarius vſusfructus in- 13

ſtitutus hæres in vſufructu dicitur in re certa, & per ius accreſcēdi poteſt eſſe hæres.Bald.*conſ.*272.*In cauſa egregiæ.n.*3.*& ſeq.lib.*5. Vide pleniſſime ſupra, *Hæredis inſtitutio quando poßit fieri ſub cōditione. Concl.* 84. Vide plenius, *Vſufructuarius quando hæres, vel legatarius*
14 *exiſtat.Concl.*307.† Limita; quia ſubſtitutio verbis directis facta in re certa, vel etiam inſtitutio, nunquā trahitur ad vniuerſalē, quā-
15 do ſequeretur abſurdū, Bald.*d.cōſ.*223.*lib.*4.*per tot.*† Limita, quādo hæres inſtitutus eſt in re certa, & iuſſus eſt, plus petere non poſſe; quia etiā ſi præmoriatur teſtatori hęres vniuerſalis, iſte inſtitutus in re certa nō efficitur vniuerſalis, ſed ad cauſā inteſtati reducitur volūtas, vt ſuccedāt hæredes ab inteſtato.Bald.*conſ.*150.*Factum ſic ſe habet.n.*3.*v.ſecundum dubium, & conſ.*151.*in fi.v.ex hoc appa-*
16 *ret,lib.*4.quod eſt reſpōſiuum cōſilii præcedentis. † Contrarium tenet Ang.*conſ.*168.*Teſtator in omnibus.n.*4.*vſque in fi*, vbi, quod filia inſtituta in re particulari, & iuſſa plus petere non poſſe dato hærede vniuerſali cū prohibitione, ne poſſit alienare, & ſi alienabit, priuatus ſit hæreditate, tenet, quod accreſcat filiæ cohæredi hoc caſu; quia ex iure ſuperuenienti non eſt iuſſa plus petere nō poſſe,
17 ſed rebus ſtantibus.† Hæres in re certa non tenetur ad debita de-
18 functi, ſed hæres vniuerſalis.Bald.*conſ.*126.*Si teſtator lib.*3.† Declara, niſi hæreditas eſſet non ſoluendo; quia tenerentur cōcurrere. Bald.*d.conſ.*126.*lib.*3.quod ego crederem verum, quando adiuiſſet
19 hæres vniuerſalis cum beneficio, alias non. † Declara, niſi hæres particularis eſſet filius inſtitutus in re certa pro ſua portione hæreditaria; quia tenebitur ad onera pro rata debita à defuncto patre, ita Socin.*conſ.*243.*præſenti conſultatione, in fin. lib.*2.

## Heremita gaudet priuilegio clericali, & quando Concluſ. 90.

1 HEREMITA, † qui nō eſt alicuius ordinis approbati per Sedem Apoſtolicam, gaudet priuilegio clericali.16.*quæ.*1.*cap. qui veri*, vbi gloſſ.Io.& idē dicit Calder.*conſ.*121.*in prin.v.pro hac parte*, alias 7.*de iudic.*Anton.de Butr.*conſ.*19.*n.*19.*v.vnde ex hoc ſatis.*Amplia;
2 † quia habentes in oratoriis etiam priuatis, & heremitæ, & alii in ſtatu pœnitentium, prout ſunt Ieſuati approbati ab Eccleſia, ſunt ſuppoſiti Epiſcopo, & habētur pro Eccleſiaſticis perſonis, & gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici, neq; ad aliū ſuperiorē compelli poſſunt; quia eorum caput eſt Chriſtus: ideo Papa, Epiſcopus, & Parochianus ſunt eorum ſuperiores. Ant.de Butr.*d.conſ.*19.*n.*19.*v. vnde eſt hoc ſatis.*Vide, *Beghinæ, & Fratres Tertii Ordinis an ſint Eccleſiaſticæ perſonæ, & eorum priuilegia. Concl.* 32. Vide, *Fratres Tertii Ordinis an ſint Eccleſiaſtici, vel non.Concl.* 470.

## Hæreſis quæ dicatur, & in quibus cadat. Concl.91.

1 HÆRESIS † dicitur quaſi diuiſio ab vnitate fidei, *l.ſi duas.* §.1.*ff. de excuſ.tut.*Old.*cōſ.*210.*v.circa primum.*Cald.*conſ.*125.*in prin.*alias 11.*de iud.* vbi, quod proprie Iudæus non eſt hæreticus; quia nō diuiditur ab vnione, ſed punitur pœna hæretici, & duplicatur *cōſ.* 489.alias 2.*de Iudæis.*Calder.*conſ.*496.alias 5.*in princ.de hæretic.* Gemin.*conſ.*53.*in prin.v.tertio præmitto*, vbi, quod dicitur quaſi diuiſio ab hæreo, hæres, quaſi nimium hærēs ſuæ opinioni. † Idē dicitur
2 hæreſis quaſi elexis ab eligo, eligis, cum quis nō ſequutus doctrinam Chriſti, vel Apoſtolorum, vel Romanæ Eccleſiæ, eligit ſibi nouam, & falſam credulitatem, contra quos Apoſtolus ad Galatas: *Si Angelus de Cœlo aliud euangelizauerit vobis, anathema ſit.* Oldr. *conſ.*210.*in prin.v.circa primum*, & idem repetit Gemin. *conſ.*54.*ter-*
3 *tio præmitto.*Hæreſis † habet principium, & complementū; principium, videlicet errorem; cōplementum, videlicet pertinaciam.
4 Oldrad.*d.conſ.*210.*in prin. v. circa primum.* † Hæreſis eſt maximum crimē; quia habet punitionem criminalē, & ciuilem, poſteritatē hæretici infamat perpetuo, & in eo omnia cognitionum genera
5 concurrunt.Oldrad.*d.conſ.*210.*in prin.*† Manifeſtūs hæreticus dicitur is, qui hæreſim manifeſtam exercet, prout ſi baptizat imagines, ſi rebaptizat baptizatos, & alias abutatur ſacramentis. Clar. in §.*hæreſis.num.*24.*ver.ſed hic incidenter.*

## Hæreticus vt quis dicatur, multa requiruntur, & quæ. Concl.92.

1 IVDÆI, † & infideles, licet proprie hæretici dici non poſſint, & in eis nō cadat hæreſis; quia nō diuiduntur ab vnione fidei, quam nunquā habuerūt; tamen pœna hæretici poſſunt puniri.Calder.
2 *conſ.*125, alias 11.*de Iudæ.in prin.*† Et quod Iudæi, pagani, & alii infi-
* deles, qui nō ſunt baptizati, nō poſſint dici proprie hæretici, *cō-
3 munis eſt opinio, de qua Clar.in §.*hæreſis.n.*2.† Declara, niſi fuiſſēt baptizati, & poſtea abnegaſſent.Oldr.*conſ.*36.*Infraſcripti ſunt.*Secundū † requiſitū eſt, quod ſcienter quis erret à fide Catholica, 4
approbādo falſa pro veris, incerta pro certis, & è conuerſo. Clar. *d.*§.*hæreſis.n.*2.vbi dicit*communē. † Et ideo is, qui credēs illud, q *
credit Sancta Mater Eccleſia, & ſic habens fidē implicitam; erraret etiā in iis, quæ ſunt fidei ex naturali ratione, prout ſi crederet patrē maiorē, vel priorē filio, non eſt hæreticus, ſi hunc errorem nō defendat, ita Innoc.in *cap.* 1. *in vltimis verbis, per illum tex.de ſum. Trinit.& fid.Cathol.*quæ refert Clar.*d.*§.*hæreſis,n.*2.vbi alios citat, vbi dicit eſſe notanda verba. † Tertium requiſitū eſt; quia licet di- 6
catur, quod dubius in fide eſt hæreticus; debet tamē intelligi, dūmodo in tali dubietate habuerit firmitatē animi; & pertinaciam, propter quā perſeueret in illa dubitatione, alias ſecus Clar.*d.*§.*hæreſis n.*2.*in fi.*† Quartū requiſitū eſt, quod ſponte, & nō metu mor- 7
tis, vel tormentorum, vel alia cauſa neceſſitatis quis neget fidem, Chriſtū, & Sacramēta; 4 a licet mortaliter peccet, & grauiſſime; tamen non dicitur hæreticus, licet ſit recōciliandus. Cald.*conſ.*4. *tit.de hæret.*Clar.*d.*§.*hæreſis.n.*3.*v.ſed nunquid.*† Ego tamē vidi, quod 8
tēpore fel. rec. Pii V. claſſe Turcarum à Chriſtianis direpta, multiſq; ad Vrbē captiuis adductis fuerūt nōnulli igne cremati, qui cōperti fuerūt Chriſtiani renegati; alii vero ſalui retēti ex eo; quia valde perſtiterant in pugna, & ceſſante timore, vt Turcę, paſſi ſūt ſe duci captiuos. † Quintū requiſitū eſt; quia occultus hæreticus, 9
qui nec verbo, nec ſcriptis, nec facto aliquod ſignū hæreſis oſtendit, licet corde ſolo ſit hæreticus, nō iudicatur, neq; incurrit pœnam excommunicationis, neque alias pœnas hæreticorum; quia Eccleſia non iudicat de occultis, communem*opinionem The- *
ologorum dicit Clarus *d.*§.*hæreſis.n.*23.*v.quæro, an occultus*, & in omnibus remitto me ſemper Sanctæ Matri Eccleſiæ.

## Hæreticus quis dicatur, vel non. Concl. 93.

HÆRETICVS † dicitur, qui falſas, & nouas opiniones gignit, ſe- 1
cundū B.Auguſtinū 24.*q.*3.*cap.hæreticus.* Oldr.*conſ.*210.*Regularis, in prin.v.circa primum.*Cald.*conſ.*496.alias 5.*de hæret.in prin.*vbi, quod hæreticus eſt, qui alicuius tēporalis commodi, gloriæ, vel Principatus gratia nouas opiniones gignit, vel ſequitur, idē tenet Gemin.*cōſ.*54.*in prin.v.tertio præmitto.*† Et qui male dogmatizat de 2
fide, & articulis fidei, dicitur hæreticus. Cald.*conſ.*489.*in pri.*alias 2.*de Iudæis*, quod duplicatur 125.alias 11.*de for.cōpet.*vel ſi male ſētit de articulis fidei ſe ab Eccleſia diuidēdo, proprie dicitur hæreticus.Calder.*conſ.*496.alias 5.*de hæret.in prin.v.tamen proprie*, vbi, quis proprie ſit hæreticus. † Peior eſt hæreticus, quā Iudæus, vel Sara- 3
cenus; quia priuatur dominio, & poſſeſſione bonorum ipſo iure, Cald.*conſ.*281.*n.*2.*v.non obſtat, ſi dicatur*, alias 3.*de locato.*† Et quis di- 4
catur proprie hæreticus, plene Iulius Clarus in §.*hæreſis lib.*5. vbi, quod duobus modis tantū; primus eſt, quādo ſētit de articulis fidei aliter, quā ſentiat Romana Eccleſia; ſecūdus, quādo male ſētit *
de Sacramētis; ipſe vero Clarus tenet, & dicit*cōmuniter hæreticū eſſe, qui habet peruerſum dogma, & gignit opiniones nouas falſas, vel dānatas. † Quæ requirātur, vt quis dici poſſit hæreticus, 5
vide Clar.vbi ſupra, & Vide ſupra, *Hæreticus vt quis dicatur.Conc.*92.
† Amplia; quia hæreticus cēſedus eſt, q leui argumēto à fide Ca- 6
tholica deuiat.*l.*2.*C.de hæret.& Manich.*Oldr.*d.conſ.*210.*in prin.*† Itē qui propoſitionē aliquā contra fidem proponit, vel dicit; quia 7
præſumitur illā credere Cald.*d.conſ.*496.*ante med. v.ex quibus iuribus.*alias 5.*de hæret.*† Amplia; quia hæreticus eſt & manifeſtā hęreſim ſapit inuocare dæmonia, preces nepharias eis emittere, funeſta ſacrificia eis offerre, & in celebratione ſimiliū reſpōſa dæmonū expoſcere. Oldr.*d.conſ.*210.*n.*2.*v.ſicut etiam tradidit.* † Declara, 8
quādo prædicta per modū adorationis fierēt, & per modū reuerentiæ ad quęcunq; finē, & etiam ſi ſine adoratione, & per modū imperandi, vt reſponſum haberetur de eo, quod futurum eſt, vel ſoli Deo conuenit; ſecus ſi per modum imperii ad finem tentandi pudicitiam mulieris vel aliam tentationem; quia non eſſet hæreticum; quia proprium diaboli eſt tentare, & exercens eum per modum imperii ad tentandum non eſt hæreticus, licet peccet. Oldr.*d.conſ.*210.*n.*3.*v.ſed circa hoc.*Gemin.*conſ.*54.*n.*4.*v.venio ad primum, & per totum*, vbi, quod licet ſortilegus proprie non ſit hæreticus; tamen ſecus eſt, quando in ſortilegio attribuitur honor, vel poteſtas diabolo, quæ conuenit Deo, vt ſi fiant ad ſciendum futura, ſi ea credulitate fiant, quod diabolus poſſit mutare vnam ſpeciem perſonæ in aliam, vel ſi dæmō adoraretur; ſecus ſi fiant ſortilegia ea credulitate, quod poſſit ſuggerere, & tentare, & in amorē inducere; quia eſt merum ſortilegium, non hæreſis, maxime *n.*6. *& ſequent.* & vide infra *numer.* 13. *& ſequent.* † Extende, vt hæ- 10
retici ſint, qui credunt in virtute dæmonum aliquid boni poſſe fieri.

11 fieri.Bald.cõſ.95.Regula iuris eſt,n.2.v.illud certe.lib.1.†Extende;quia
ſi dæmõ inuocatur ad pſciẽdũ futura, hoc ſapit manifeſtã hære-
ſim;quia tribuitur diabolo id, ꝙ ſoli Deo cõuenit,ſcire ſcil. futu-
12 ra.Clar.d.§.hæreſis.n.25.v.ſucceßiue.†Et hinc poteſt ſumi prohibitio
artis diuinatoriæ;quia qui crederet firmiter,peccaret vt hæretic⁹
ꝑpter eãdẽ rationẽ;qa attribuit creaturæ id, ꝙ cõpetit ſoli Deo.
13 †Reſtringe;qa ſi diabolus inuocatur,& adhibetur,puta ad tentã-
dã pudicitiã alicuius mulieris,vel aliquid mali;tũc nõ eſt hæreſis;
quia diabolus adhibetur ad id, ꝙ maxime ei cõuenit.Clar.d.§.hæ-
reſis.n.25.v.ſucceßiue,vbi,quod iſto caſu cũ nõ ſit hæreſis,ſed ſortile-
giũ,quod eſt mixti fori,vterque iudex,Eccleſiaſticus,& ſecularis
* poteſt procedere, cõmunẽ * dicit Clar.vbi ſupra,& dicit ita fuiſſe
14 iudicatũ in Romana Curia,& vide ſup.n.9.†Cõtrariũ conſuluit
Barb.conſ.55,lib.1.vbi dixit,ꝙ incantationes,& ſortilegia,quæ fiũt
ad ſciẽdũ cõmiſſa furta,ſapiũt hæreſim manifeſtã,& ꝙ eorum co-
15 gnitio ſpectat ad inquiſitores.†Dicas,quod ſẽper,quod agitur de
inuocatione dæmonũ,ſpectat cauſa ad Eccleſiã,vt prius videat, ã
adſit hæreſis,vel nõ in tali delicto; qa vbi poteſt eſſe ſuſpicio hæ-
reſis,ſẽper cognitio ſpectat ad dominos iudices inquiſitores.c. vt
inquiſitionis.§.prohibemus,de hær.lib.6.& ita ſeruatur. Vide Iul. Clar.
16 in d.§.hæreſis.n.25.†Amplia,quod hæretici dicũtur Iudæi baptiza-
ti,& abnegãtes,& alii cõfouẽtes,& receptãtes,& tãquã hæretici,
17 & de foro Eccleſiæ ſũt puniẽdi,Oldr.conſ.36.Infraſcripti ſunt.†Ex-
tẽde,vt hæreticus,licet nõ poſſit dici Iudæus,& infidelis, qui nũ-
quã fuit baptizatus;quia nõ patitur diuiſionẽ ab vnione;tamẽ nõ
18 poteſt puniri pœna hæretici.Cal.conſ.489.alias 2.de hær.†Amplia;
quod hæretic⁹ eſt,qui tenet,quod homo in ſenectute ſua cogno-
19 ſcẽs carnaliter matrẽ nõ poteſt ſaluari.Old.cõſ.271.in pr.†Amplia;
vt hæreticus ſitis, qui negat Romæ nõ dimitti peccata, ſed à ſolo
10 Deo remitti poſſe.Old.d.conſ.271.v.ſecunda q.n.2.†Item,qui negat
Roman.Eccleſ.nõ eſſe caput, vel nõ habere poteſtatẽ pcipiendi,
vel canones cõdẽdi;quia dicitur hæretic⁹,qui talia credit, vel aſ-
21 ſerit.Cald.conſ.492.circa pr.veri.ſecus ſi crederet,alias 2. de hær.†Am-
plia,vt hæreticus dicatur,qui ſcripturã ſacrã interpretatur aliter,
quã facit Eccleſia Rõ.Ol.d.cõſ.271.n.2.& 3.vbi idẽ dicit in eo,ꝗ ne-
gat Eccleſiæ Rõ.nõ eſſe datũ priuilegiũ primariũ, maxime ſi per-
ſiſtit in hoc, vel ſi interpretatur ſcripturã ſacrã aliter, quã ſpiritus
S.quia proprie eſt hæreticus.Cald.conſ.496.in prin.v.tamen proprie.
22 alias 5.de hær.†Amplia,vt hæreticus ſit,qui de ſacramẽtis aliter ſẽ-
23 tit,quã Rõ.Eccleſia.Old.d.conſ.271.n.3.v.vniuerſi enim.†Itẽ hære-
ticus eſt,qui de fide,& ſacramẽtis aliter ſentit, quã Rõ. Eccleſia.
24 Cald.conſ.493.in pr.v.de ſecundo,alias 2.de hæret.†Amplia,vt is,qui
tuetur hæreticos,& defendit, ſi non vult ſe purgare corã ordina-
25 rio,dicatur hæreticus.Old.d.conſ.271.in fi.†Declara;quia hæreti-
cus largo modo etiã dicitur,ſed nõ proprie ſimoniacus excõmu-
nicatus,qui nouã opinionẽ inuenit, qui priuilegiũ Rõ. Eccleſiæ
infringit,qui eius pcepta tranſgreditur,qui cõtumax eſt,& quili-
bet infidelis,vt per Hoſt.in ſum.de hær.§.1.Cald.conſ.496.in pr.alias
26 5.de hær.†Amplia; quia hæreticus eſt, qui male dogmatizat de fi-
de, & articulis eius.c.inter ſchiſma.24.q.3.Cald.conſ.125.in pri.alias
27 11.de iud.†Extẽde;quia is,qui errat in articulis fidei, & habet per-
uerſũ dogma, vel diuerſas gignit opiniones diſcrepãtes à iudicio
Eccleſię,eſt hæreticus.tex.& gl.in c.1.de vſur.Abb.conſ.ſuo ſuper Ba-
28 ſil.concil.in fi.v.reſtat.col.2.in fi.†Amplia,vt baſphemãs ſciẽter,& ap-
pẽſate dicatur ſapere hæreſim. & poteſt tanquã hæreticus puniri,
etiã ſi ſit Iudæus,& infidelis.Cal.d.conſ.125.in pr.alias 11.de re iud.&
29 concl.prox.ſeq.n.5.†Et ideo qui dicit Deũ nõ eſſe Deũ,dicitur prin-
ceps hæreticorũ.Bald.conſ.95.Regula iuris eſt.n.3.v.item non eſt dubi-
30 um.lib.1.†Amplia;quia dicẽs,& credẽs vſurã eſſe licitã eſt hæreti-
cus,quia Euãgelio cõtradicit: ſecus ſi diceret manifeſtũ vſurariũ
poſſe teſtari; quia cũ cõtradicat ſoli iuri Canonico poſitiuo,non
31 eſt hæreticus.Bald.conſ.334.Præmittendũ,in pr.lib.2.†Amplia;quia
is,qui nõ recipit canonẽ ſanctorũ Patrũ ex cõtẽptu,dicitur hære-
ticus,gl.in c.de libellis,prope fi.20.diſt.& ratio eſt;quia videtur nega-
re poteſtatẽ cõdentiũ;quo caſu eſt clarus hæreticus.Abb.in d.con.
32 in loco præd.†Amplia; quia imo cõtumacia dicitur hæreſis.c.ſi qui
33 presbyteri 81.diſt.Abb.d.conſ.ſuper conci.Baſil.in 3.dubio,n.9.†Amplia;
quia in tribus ſpecieb. hæreſis cõſtituitur; prima ſpecies eſt,ſi ali-
ter ſentit de articulis fidei, quã ſentiat S.Mater Eccleſia; ſecunda
ſpecies,ſi male ſentit de ſacramẽtis Eccleſiæ; tertia ſpecies magis
generalis, ſi habet peruerſũ dogma, vel gignit nouas opiniones
falſas,aut iã dãnatas ab Eccleſia, ſequitur Clarus plene in d.§.hæ-
34 reſis,in pr.†Exẽpla poſſunt poni in eo, qui diceret, & teneret ſim-
plicẽ fornicationẽ nõ eſſe peccatũ,vel periuriũ nõ eſſe peccatum
mortale;quia eſſet hæreticus; quia licet nõ ſit cõtra articulos fi-
dei, neq; cõtra ſacramẽta;eſt tamẽ dogma peruerſũ, & contra il-
lud,quod Eccleſia vniuerſalis tenet Clar.d.§.hæreſis, in pr.vbi alios
citat.†Limita;quia hæreticus nõ eſt is,qui de vſuris fuit cõdẽna- 35
tus,& tanquã de fide male ſentiẽs fuit abſolutus, iniũcta pœnitẽ-
tia,quã nõ impleuit;quia licet is,qui nõ implet pœnitẽtiã,ad pri-
ſtinũ ſtatũ redeat; nõ tamen ad priſtinũ peccatũ. Cald.conſ.493.
circa pri.v.de ſecundo,alias 2.de hær.†Limita;quia ſortilegus ſimplex 36
nõ dicitur hæreticus; quia ſortilegia ſimplicia nõ ſapiũt hæreſim
manifeſtã;quia ponũtur vt crimina diuerſa & diuerſæ imponun-
tur pœnæ,tot.tit.de ſortileg.Old.conſ.210.n.2.v.nunc ergo. Gemi.con.
54.per tot.†Limita;quia præbens pocula amatoria nõ dicitur ma- 37
nifeſte hæreticus.Oldr.d.conſ.210.v.nunc ergo.†Limita etiã in eo, 38
ꝗ propter cõſcientiã hoſtiã non conſecratã ſumpſit; quia non eſt
hæreticus.c.de homine.de celebr.Miſſ.Oldr.d.conſ.210.v.nunc ergo. † 39
Limita;quia hæreticus non eſt ſacerdos,qui in Miſſa,neq; laicus,
qui aſſũpſit in mortis articulo hoſtiã nõ conſecratã.Cal.conſ.495.
alias 4.de hæret.quod eſt Io.Andr.& Io.Cald.†Limita,quod faci- 40
ens aliquas imagines,vel alia ſuperſtitioſa ad prouocandũ amorẽ
mulierum nõ dicitur hæreticus, ſed magis ſuperſtitioſus,Auguſt.
lib.10.de Ciu.Dei,Old.d.conſ.210.n.2.v.imagines vero.Gemin.conſ.54.
n.4.v.de ſecundo,in quo dicitur.†Limita,quod infatuat⁹ amore mu- 41
lieris, ſi aliqua faciat ſuperſtitioſe, vel per ſortilegiũ,aut inuocati-
onem dæmonũ ad finẽ libidinis exercendæ, detrahitur de crimi-
ne,vt hæreticus nõ ſit declarãdus.Old.d.conſ.210.n.4.v.tertia conſi.
Gemin.d.conſ.54.n.4.v.vnde veniendo.†Limita, quod ea,quæ pro- 42
prie non ſunt hæretica manifeſte etiã in homine ſimplici magis
excuſantur; quia ſimplicitati militari aliquid dimittitur. Old.de
hac materia loquens d.conſ.210.n.3.v.ſecunda conſid.†Limita; quia 43
collectio herbarũ cũ ſortilegio & ſuperſtitionib. non ſapit hære-
ſim,etiã ſi in eis ſcribatur cũ ſanguine,vel ſimilia adhibeãtur,quã-
do ea intentione non fiant, quod credatur diabolũ habere pote-
ſtatem,vel herbã ipſã hoc poſſe operari; quia vbi attribuitur cre-
aturis,quod propriũ eſt creatoris,eſt hęreticũ. Gemin.d.conſ.54.
n.5.ver.diſtinguendo,cum ſeq.Vide Concluſ.prox.ſeq.

## Hæretica dogmata quæ dicãtur, vel non. Concluſ.94.

ASSERENS†animã ſimul cũ corpore mori hæreticus eſt mani- 1
feſtus,23.quæſt.3.cap.fin.verb.arabit.Fed.de Sen.conſ.252.n.1. † 2
Paradiſũ,& infernũ negãs eſt hæreticus,Fed.de Sen.d.conſ.252.n.
3.v.tertia vero.†Cõſtellationes gubernare homines,& naturã af- 3
firmãs;quia negat gratiã,dicitur hæreſin cõmittere. Fed.d.conſil.
252.n.2.v.ſecunda vero.†Inceſtũ dicens nõ eſſe peccatũ hæreticus 4
eſt,tex.eſt cũ gl.35.q.1.ꝑ tot.Fed.de Sẽ.d.conſ.252.n.3.v.quarta.†Bla- 5
ſphemãs ſcienter,& appẽſate,ac pluries in Deũ, dicitur hæretic⁹,
maxime Iudæus,qui licet non poſſit eſſe hæreticus,poteſt tamen
puniri pœna hæretici Cal.conſ.489.alias 2.de Iudæis,& Concl.prox.
præc.n.28.†Negãs primatũ,& poteſtatem Eccleſiæ Rõ.hæreſim 6
committit.Cal.conſ.493.circ.pr.v.ſecus ſi crederet,alias 2.de hær.†At- 7
tribuens dæmoni, vel creaturæ id, quod ſoli creatori conuenit,
dicitur hæreticus,etiã ſi actus,in quo iſta fiũt,de ſe hęreſim nõ ſa-
piat,vt in ſortilegio, in quo ſi adoratio,honor,& poteſtas dæmo-
ni attribuatur,quæ ſoli Deo conuenit,hæreticum eſt.Gemin.con.
54.n.4.v.de ſecundo,vſque in fi.†Fornicationem ſimplicem non eſſe 8
peccatum affirmans,hæreticus eſt.Capel. Tholoſ.deciſ.346.item
fuit deciſ.vbi Aufrer.ſequitur Clar.§.hæreſis.in pr.†Periurium non 9
eſſe mortale peccatũ affirmans, dicitur hæreticus.Bello.conſ.78.
n.6.ſequitur Clar.d.§.hæreſis.in prin. Non † credens ſacramentis, 10
& articulis fidei, & aliis, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, eſt hære-
ticus verus, & formalis.

## Hæreſis crimen eſt fori Eccleſiaſtici abſolute, & quis ſit iudex competens. Concluſ.95.

CRIMEN†hæreſis eſt mere Eccleſiaſticũ.c.vt inquiſitionis.§.pro- 1
hibemus.de hær.lib.6.Rol.à Val.conſ.8.n.5.lib.3.plene Socin.in c.
cum ſit generale.n.22.v.in eadem.gl.ibi,hæreſis.de for.comp.vbi dicit in
tãtum eſſe Eccleſiaſticum & fori eccleſiaſtici,vt etiam ſit incapax
laicus iudex,nec poſſet addere pœnam maiorem;quia non eſt ſuæ
iuriſdictionis vllo modo.†Extende in tãtũ,quod iudex laicus ali- 2
quo modo ſe intromittere non poteſt,cõmunem *dicit Clar.in §. *
hæreſis,n.4.v.hoc crimen,vbi,quod permiſſu Papæ in aliquibus locis
ſeculares interueniũt,ſed ſine licẽtia Papæ non eſt licitũ.Vide,Iu-
dex Eccleſiaſticus quas cauſas trahat ad forum ſuum etiã inter laicos.concl.
446.n.4.vbi extẽditur etiã ad crimina cõnexa hæreſi,vt ſolus Ec-
cleſiaſticus ſit iudex inter laicos.†Amplia,vt nedũ hæreſis,ſed o- 3
mnia alia crimina ãnexa hæreſi ſint Eccleſiaſtica, d.c.vt inquiſitio-
nis,§.ꝓhibemus,de hær.in 6.Cald.conſ.125.in prin.alias 11.de iud.& foro
comp.quod duplicatur 489.alias 2.de Iudæis.†Amplia in tantũ ſpe- 4
ctare ad Eccleſiã ſolã,& iudices Eccleſiaſticos priuatiue ad ſecula-
res,vt ſi Eccleſiaſticus tradat Curiæ ſeculari hæreticũ,nõ poſſit in
aliquo cognoſcere ſecularis, ſcil. an bene, vel male fuerit iudica-
tum,

tum, ſed tenetur exequi omnino. Clar. *d.* §. *hæreſis n.5.v.& ſcias.* Li-
5 mita † quoad capturam; quia poteſt iudex ſæcularis capi facere
hæreticũ, vt illũ tradat Curiæ Eccleſiaſticæ, & ita Mediolani ſer-
uaſſe Senatũ dicit idem Clar. *d.* §. *hæreſis. n.5. v.& ſcias.* † Iudex or-
6 dinarius in cauſa hæreſis eſt Epiſcopus loci, Delegati autem ſunt
inquiſitores hæreticæ prauitatis. Clar. *in d.* §. *hæreſis, nu.6.v.ſed quis.*
7 Extẽde; † quia vterque poteſt abſoluere de hæreſi accuſatũ, ſi vere
nõ eſt hæreticus. & valet abſolutio. Clar. *d.* §. *hæreſis, n.6.v.ſed quis,*
* vbi dicit * communem. † Reſtringe ſecus eſſe in condemnando;
8 quia nõ poteſt fieri cõdemnatio ab altero, ſed debẽt ambo ſimul
* cõdẽnare. Clar. *d.* §. *hæreſis, n. 6.* vbi dicit * communem. † Conde-
9 mnatio autem, quæ fit contra hæreticum de conſuetudine, con-
tinet ſolam declarationem; quod ſit hæreticus, & traditur Curiæ
ſeculari, qui facit eum mori, ita ſeruari dicit idem Clar. *d.* §. *hæreſis,*
10 *n.7.v.ſcias tamen.* † Et ſtatim, quod eſt facta declaratio, non eſt tra-
dendus Curiæ ſæculari, ſed monendus eſt pluries, & hortandus,
vt velit conuerti, & ſi pœniteat, poteſt commutari pœna, niſi ſit
☞ relapſus. Clar. *d.* §. *hæreſis, n.12.v.vnum tamen.* Vide, *Iudex ſæcularis nõ
præſtat brachium ſeculare Eccleſiaſtico ſine cauſæ cognitione, & quando ſe-
cus. Concluſ.* 430. *n.12.& ſeq.*

## Hæreticorum opera ſunt prohibita, & qualiter. Concluſio 96.

1 HÆRETICO † damnato, etiam eius ſcripturæ ſunt damnatæ;
quia hæretici auctoris etiã opera ſunt iudicanda talia. Gemi.
2 *conſ.93.n.11. ver.quomodo ergo.* † Amplia, etiam ſi opera ſua ſint vti-
lia; quia nihilominus non ſunt recipienda. Gemin. *d.conſ.93.nu.11.*
3 vbi, quod iſte eſt vnus caſus, in quo vtile per inutile vitiatur. †
Amplia, vt etiam allegans authoritatem, & opera hæretici ſit ſu-
ſpectus, & iudicandus fautor; igitur non ſunt authoritates ſumẽ-
dæ ex operibus hæreticorum etiam vtilibus. Gemin. *d.conſ.93.nu.
11.ver.caueant enim.*

## Hæreticus quomodo, & qualiter probetur. Concl. 97.

VIDE plene Maſcard. *Concl.* 855. vbi, quod probatur per teſtes,
☞ & qualiter. Vide eundem *Concluſio.* 856. *An per teſtes ſingulares
probetur.* Vide eundem *Concluſio.* 857. *An per teſtes inhabiles probetur.*
Vide eundem Maſcardum *Concluſio.* 858. vbi, quo pacto probetur.
Vide eundem *Concluſio.* 859. vbi, quomodo ex confeſſione probe-
tur. Vide eundem *Concluſio. ſua* 860. vbi, qualiter probetur per
facti euidentiam. Vide eundem *Concluſi.* 861. vbi, quomodo pro-
betur quis hæreticus præſumptionibus, & indiciis. Vide deniq;
eundem *Concluſio.* 862. vbi, quo pacto probetur hæreticus ex in-
uentione librorum hæreticorum.

## Hæretici indicia ad torturam quæ ſufficiant. Concluſio 98.

1 INQVISITVS † de hæreſi poteſt torqueri ex cõfeſſione ſocii hæ-
retici; quia ſpeciale eſt, quod criminoſus interrogetur, & pro-
bet cõtra ſocios; & idẽ in eo, qui inquiritur de arte magica; quia
iſti poſſunt torqueri ex cõfeſſione criminoſi Bald. *conſ.95.Regula*
2 *iuris eſt, in prin.lib.1.* † Amplia, vt arbitrariũ ſit iudici, an indicia ſint
ſufficientia, puta ex confeſſione ſocii, vel ex mala conuerſatione;
itẽ ex magiſtro, vel ſimilibus in crimine hæreſis, vel artis magicæ.
Bald. *conſ.95.in prin.lib.1.& n.6.v.Dominus Bar.* vbi, quod ita cõmu-
niter * tenent Doct. & quod non poteſt dari certa doctrina. Vide,
*Indicia quæ ſufficiant ad torturam. Concluſ.* 97.

## Hæreſis habet multa ſpecialia. Concluſ. 99.

1 SPECIALIA † multa habet hæreſis, inter alia, quod minores
probationes ſufficiunt in iſto crimine ad effectum inquirẽdi,
quam in aliis. Clar. §. *hæreſis.n.20.v.habet etiam, & in* §. *fin.q.6.n.7.v.*
2 *ita ſcias.* † Idem etiam ad effectum probationis delicti; quia mino-
* res probationes ſufficiunt. Clar. *d.* §. *hæreſis.n.20.* vbi dicit * cõmu-
nẽ, & propterea non eſt verũ, quod requirãtur tres teſtes ad con-
* uincendũ de hæreſi; quia duo ſufficiunt ſecundũ * communem,
3 vt ibi. † Venia, & licentia requiritur, vt quis poſſit interuenire ad-
uocatus, vel procurator pro imputato de hæreſi. Clar. *d.* §. *hæreſis,*
4 *n.19.v.vlterius.* † Poſt mortẽ poteſt hæreticus inquiri. Clar. *d.* §. *hæ-*
5 *reſis, n.21. v.item de crimine.* † Extende; quia de hæreſi poſt mortem
poteſt inquiri, ne dum hæreticus, ſed etiam ſuſpectus de hæreſi.
Clar. *d.* §. *hæreſis.n.21.* † Papa licet non poſſit deponi pro alio crimi-
6 ne; tamen pro hæreſi deponi poteſt. Clar. *d.* §. *hæreſis, n.22.v.item li-
cet.* Teſtis, † qui in primo examine dixit exculpãdo, in ſecundo ac- 7
cuſando, probat in ſecundo. Vide Corrad. in *Breuiar. tit.de hæret.n.
11.* vbi ponit alia ſpecialia, quæ videas.

## Hæreticus non damnatur, niſi ex plenis probationibus, & quando ſecus. Concluſ. 100.

HÆRETICVS † non debet condemnari tanquã hæreticus, niſi 1
ex plenis probationibus crimen hæreſis ſit probatũ. Oldra.
*conſ.210.Regularis in prin.* Calder. *conſ.96.ante med.v.ſed pro declarati-
one,* alias 5. *de hæret.* † Amplia in tantũ, quod ex ſuſpicione quamuis 2
vehementi nõ debeat quis cõdemnari, tanquã hæreticus Oldr. *d.
conſ.210.in prin.* † Cõtrariũ, quod imo ex ſuſpicione vehemẽti poſ- 3
ſit quis de hæreſi condemnari, veluti ſi receptator, & fautor eſſet
hæreticorũ. Calder. *conſ.496.circa med.v. ſed pro declaratione,* alias 5.
*de hæret.* † Amplia, vt teſtes deponẽtes inueriſimilia per eundẽ ſer- 4
monẽ, & diſcordes non admittantur. Oldr. *d.conſ.210.n.6.ver.circa
primum deponunt,* vbi, etiam ſi ſint religioſi, & prædicatores nõ ad-
mittuntur, ſi ſunt inimici. † Amplia; quia nõ admittuntur teſtes 5
inimici in cauſa hæreſis. Feder. de Sen. *conſ.252.in fin.* Calder. *conſil.
297.circa fi.* alias 6. *de hæret.* vbi, ex quo ſunt accuſatores, præſumũ-
tur eſſe inimici. † Amplia, vt nec Iudeus baptizatus ſit idoneus te- 6
ſtis maxime facinoroſus. Oldr. *d.conſ.210.n.8.v.circa ſecundam.* † Et 7
ideo vnus teſtis nõ probat aliquẽ hæreticũ. Cald. *conſ.495.in fi.* a-
lias 4. *de hæret.* † Et idẽ in teſte nõ iurato, & extraiudiciali, qui nihil 8
probat. Cald. *conſ.497.* alias 6. *de hæret.* † Amplia; quia teſtes duo 9
ſaltem, vel tres requirãtur cõteſtes, vt probẽt, ita quod per teſtes
ſingulares non probatur hæreticus. Boer. plene *deciſ.342.* vbi pro
vtraque parte arguit. † Limita, vt per Clar. in §. *hæreſis.n.20.* vbi, 10
quod eſt ſpeciale in hæreſi, quod leuior ꝓbatio ſufficit ad inquirẽn-
dũ, & cõdenandũ, vbi ponit alia ſpecialia. † Contrariũ, quod imo 11
nõ probatur delictũ hæreſis per teſtes ſingulares, & famã ſimul,
idem Clar. in §. *fi.v.quinimo,* vbi dicit * communem. † Limita; quia *
admittũtur in cauſa hæreſis teſtes extranei participes, periuri, in- 12
fames, & ſimiles, dũmodo nõ inimici. Feder. de Sen. *d.conſ.252.in
fin.v.ſecundo quia.* † Limita; quia etiam ex vehemẽti præſumptione 13
hæreticus quis dãnatur, & inquiritur; vt ſi receptaret, & cõfoue-
ret hæreticos, vel quid ſimile. Calder. *conſ.496.circa med.ver.ſed pro
declaratione.* Vide, *Teſtes in cauſa hæreſis quot requirantur. Concl.* 279.

## Hæreticus priuatur ipſo iure omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, & dignitatibus. Concl. 101.

HÆRETICVS † declaratus priuatur omnibus beneficiis, & di- 1
gnitatibus Eccleſiaſticis, *c.excommunicamus.* §. *credẽtes, de hæret.*
Gemin. *conſ.88.col.1.v.nec obſtat.c. Ad abolendam,* §. *1.de hæret.* Clar. in
§. *hæreſis, n.16.v.item clericus.* vbi dicit eſſe * cõmunem, quod nedũ *
beneficio priuatur clericus, ſed omnem poteſtatem Eccleſiaſticã
amittit. † Amplia in tantum hæreticũ declaratum priuari omni- 2
bus beneficiis, vt neque petitorio, neque poſſeſſorio agere poſſit.
Gemin. *d.cõſ.88.col.1.v.nec obſtat.* † Amplia; quia imo etiam filii hæ- 3
retici priuãtur omnibus beneficiis Eccleſiaſticis obtẽtis à die cõ-
miſſi criminis, cõmunem * dicit Clar. *d.* §. *hæreſis.n.16.v.item cleri-* *
*cus.* † Reſtringe; quia de conſuetudine ex pietate relaxãtur bene- 4
ficia filiis catholicis, & hanc opinionẽ tanquam mitiorem, & piã
amplectitur idem Clar. *d.* §. *hæreſis. n.16. in fin.* Vide, *Maieſtatis læſæ
criminis pœna multiplex, & quæ. Concluſ.* 12. Vide Concluſionẽ pro-
ximam ſequentem, maxime *num.7.& ſeq.*

## Hæreticus qua pœna puniatur. Concluſ. 102.

HÆRETICVS † Clericus, vel religioſus omni prærogatiua Ec- 1
cleſiaſtici ordinis nudatur, ac omni beneficio, & officio Ec-
cleſiaſtico priuatur, & ſæculari iudici traditur puniẽdus, niſi ſpõ-
te ſe incõtinẽti corrigeret. Oldrad. *conſ.271. Quæſtio talis eſt.n.3.v.&
ſi de hoc.* † Declara; quia aliud eſt, quod quis ſit hæreticus, aliud, 2
quod ſit de hæreſi ſuſpectus; quia hæreticus debet vel abiurare,
vel cõdẽnari; ſuſpectus vero nõ debet abiurare, ſed debet ſe pur-
gare. Calder. *conſ.496.per tot.* alias 5. *de hæret.* † Amplia; q a hæreti- 3
cus igne cõburitur, plene Iul. Clar. in §. *hæreſis.n.8.& ſeq.* quod in-
telligit, quãdo eſt impœnitẽs, & dicit, quod ita de generali cõſue-
tudine ſeruatur. † Si vero eſſet pœnitẽs, & ſit paratus abiurare, nõ 4
cõdẽnatur in pœnã vitæ ſecundũ cõmunem; imo nec cõfiſcãtur
bona, licet ipſo iure fiat cõfiſcatio ſecundum magis * cõmunem, *
niſi eſſet relapſus; quia tũc pœnitẽtia nõ admittitur quoad pœnã
tẽporalẽ. Clar. *d.* §. *hæreſis.n.8.v. cæterum.* † Amplia; quia laicus hæ- 5
reticus niſi ſtatim abiurauerit hæreſim, & debitam fecerit ſatiſfa-
ctionem,

ctionẽ, arbitrio iudicis ſecularis traditur. Old. d. cõſ. 271. n. 4. v. lai-
6 cus. † Et ꝙ pœna ignis ſit hæretico impoſita, quãdo vel eſt impœ-
nitens, vel relapſus. Clar. d. §. hæreſis. n. 8 ſed tamẽ n. 12. v. vnum tamẽ
ſcias, dicit, ꝙ ſtatim, ꝙ eſt condẽnatus, vel declaratus, non debet
tradi curiæ ſeculari, ſed debet hortari, & moneri pluries, vt velit
7 pœnitere & conuerti. † Amplia; quia hæreticus omnibus bonis
ipſo iure priuatur, & eſt peior Iudæo & Sarazeno. Calder. cõſ. 281.
alias 3. de locato. n. 2. v. nec obſtat, ſi dicatur. c. cum ſecundum leges, de hæret.
8 * in 6. & eſt cõmunis * opinio. Clar. d. §. hæreſis. n. 13. v. item bona. † Et i-
pſo iure bona hæretici ſũt cõfiſcata, & ſtatim à die cõmiſſi crimi-
nis amittit adminiſtrationem omniũ bonorũ, d. c. cum ſecundum, de
9 hæret. in 6. Clar. vbi ſupra n. 13. † Amplia; quia pœna hæretici afficit
etiã filios eiuſdem, vt tanquã infames reijciãntur ab omni officio
publico, & honore, quod ad ſolos filios natos poſt hæreſim re-
ſtringit Cald. conſ. 494. alias 3. de hæret. ſecus in filiis natis ante hæ-
reſim, vbi multa pulchra deducit ad hoc, vt nõ ſit par ratio, licet l.
quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. loquatur indiſtincte de filiis, & vide pro
10 vtraq; parte Iul. Clar. in d. §. hæreſis. n. 17. † Reſtringe; qa filii hære-
ticorũ ita demũ ſũt capaces, ſi parẽtes hæretici nõ fuerũt S. Matri
11 Eccleſiæ ãte mortẽ vniti, alias ſecus, c. ſtatutum, de hæret. lib. 6. † Am-
plia; qa hæreticus priuatur nedũ bonis, ſed iure patronatus. Lãb.
* tract. de iure patro. lib. 3. q. 8. princ. in ſecundo articulo, vbi n. 5. dicit * cõ-
munẽ; & eſt ratio; quia cõmittit crimẽ læſæ maieſtatis diuinæ; &
ſicut hæreticus dotãdo Eccleſiã nõ poteſt conſequi ius patrona-
12 tus; ita neq; retinet, plene Clar. d. §. hæreſis. n. 16. † Extẽde; quia etiã
in filios hæc pœna trãſit, qui etiã priuantur. Clar. d. §. hæreſ. n. 16. &
13 ſeq. † Declara; quia ius patronatus non applicatur fiſco, ſed Eccle-
ſia cõſequitur libertatẽ plenã, Io. de An. in cap. vergẽtis, n. 6. ſequi-
14 tur Lãbertin. d. tr. de iure patronat. lib. 3. q. 8. art. 2. n. 2. † Et quibus fiat
applicatio bonorũ cõfiſcatorũ, vide Clar. d. §. hæreſis. n. 13. & ſeq. v-
bi, ꝙ bona clerici beneficiati ſpectãt ad Eccleſiã, in qua eſt bene-
ficiatus, bona vero clerici nõ beneficiati ſpectãt ad fiſcũ Eccleſiæ
15 Cathedralis. † Bona vero laici hæretici cõfiſcãtur fiſco ſeculari, c.
excommunicamus. §. dãnati, de hæret. & ita ſeruari in Hiſpania nõ ob-
16 ſtãte iure extrauag. Couar. variar. reſolut. lib. 2. c. 9. n. 12. Cõtrariũ, †
quod hodie per extrauag. bona laici pro medietate applicẽtur fi-
ſco Eccleſiaſtico, & pro medietate fiſco ſeculari, tenet Felin. in c.
irrefragabili. §. cæterum. num. 5. in fi. de offic. ordin. & ita ſeruari in ſtatu
Mediolani dicit Clarus d. §. hæreſis. n. 13. ita tamẽ, quod fiſcus ſecu-
17 laris faciat liquidationẽ, & proclamata. † Amplia; quia cõfiſcatur
dos vxoris hæretici, quãdo ſciẽs hæreticũ cõtraxit matrimoniũ
18 cũ eo, alias ſecus. cap. decreuit, de hæret. in 6. † Amplia; quia ſicuti cle-
ricus priuatur ipſo iure beneficio, & dignitate, ſi eſt hæreticus; ita
Papa priuatur Papatu, Imperator Imperio, Reges Regno; quia in
iſtis in cauſis fidei nulla fit diſtinctio. Arnal. in repet. c. quoniã de hær.
19 in 6. q. 15. n. 29. & ſeq. per totã. † Amplia; quia cõfiſcatio poteſt fieri
etiã poſt mortẽ hæretici intra quadraginta annos de iure Cano-
nico, quod attẽditur, licet de iure Ciuili ſolũ intra quinquenniũ,
plene Barbat. conſ. 70. nu. 46. & ſeq. lib. 4. vbi latiſſime pro vtraque
20 parte. † Amplia; quia licet hæreticus reuertatur ad pœnitẽtiã; ta-
mẽ nõ recuperat bona, vel ius patronatus ſemel cõfiſcatũ propter
hæreſim. Abb. in c. quia diligẽtia, de electio. in fin. n. 9. ſequũtur Roch.
* de Curte in tract. iuris patr. in v. competẽs. 10. q. qui dicit hãc * veriorẽ;
quia ſequuta ſentẽtia à iure, vel ab homine nõ recuperat per pœ-
nitẽtiã, & ita tenet Lãbertin. qui omnes citat in d. tract. lib. 3. qu. 8.
artic. 2. n. 6. v. ſecundum mẽbrum. & hãc partẽ tenet Dec. in d. c. quia di-
ligentia. n. 8. vbi Io. de Im. & Zabar. de elect. & Hẽric. Boich. in c. ver-
gẽtis. n. 3. de hæret. citat ibi Ra. in ſumm. titul. de hæret. Goffred. & fratr.
Io. in eadẽ ſumma titul. de confeſſ. & Abb. antiq. in c. fin. de hæret. & ita
21 tenet Ant. de Butr. in d. cap. vergentis. in 3. not. de hæret. † Cõtrarium,
quod imo recuperat ius patronatus ex ſola pœnitentia, & bo-
na, tenet gloſ. in cap. maximum, 1. q. 7. v. dignitate. gloſ. in d. c. quia dili-
gentia, in gloſſ. fi. de elect. & ita tenere Io. & Vincẽ. dicit ibi Anton. de
Butr. in fi. & Henric. Boich. in d. c. vergentis, vbi, quod retinet bona,
22 ſi ſpõte cõfitetur ante ſententiã, n. 3. de hæret. Declara; † quia hære-
ticus reuerſus ad fidẽ recuperat ius patronatus, quando cõtra eũ
non eſt lata ſentẽtia ſuper amiſſione, alias ſecus, Archid. in c. 1. col.
1. v. ſibi compet. de iure patronat. in 6. allegat Laur. & Ioã. de Cremon.
Gem. ibi n. 7. v. qd ſi patronus, allegat Io. And. ita tenuiſſe in d. c. ma-
ximum. 1. q. 7. & ita tenet ibi gloſſ. in v. dignitate, & ita Bernar. quem
citat Abb. in d. c. quia diligentia, in fi. de electio. & Brixien. quem citat,
& ſequitur ibi Ant. de Butr. in fine. & Ioã. Andr. quem ibi citat Ioã.
de Imol. n. 5. ita tenet Calderin. conſ. 95. nu. 3. in fi. quod eſt primum
de treug. & pace. & pro hac parte videtur text. clarus in capitul. cum
ſecundum. §. confiſcationis, vbi Gemin. Franch. & alii de hæret. in 6. vbi
hoc dicitur clare. Henric. Boich. d. c. vergentis, n. 3. de hæret. vbi ſi ante
ſententiam ſponte confitetur, ex miſericordia retinet bona, hanc

partem videtur tenere Oldr. d. conſ. 171. in fin. n. 5. † Declara; quia ſi 23
fiat cancellatio banni, nõ veniunt bona. Ioan. de Anan. in d. c. ver-
gentis, n. 8. de hær. † Reſtringe; quia ſi hæreticus reſtituitur à Papa, 24
bene in reſtitutione plene recuperat ille perdita, ita Io. de Anan.
d. cap. vergentis, de hæret. Dec. in d. c. quia intelligentia, nu. 8. de elect. vbi,
quod quando adeſt dictio, plenam gratiam, includit bona & alia. † 25
Declara, vt per Abb. d. c. quia intelligentia. num. 8. in gl. fin. de elect. vbi,
quod infamia, quæ oritur per excõmunicationẽ, ceſſat per abſo-
lutionẽ: facti vero infamia tollitur per contrarium factum, & bo-
nã famã, ſed infamia iuris nõ tollitur, niſi per principẽ. † Declara; 26
quia hæreticus quandocunq; ante ſententiã eſt paratus pœnite-
re, & abiurare, ſemper recuperat bona, nõ obſtante, quod ipſo iu-
re ſint cõfiſcata, etſi non eſt relapſus. Clar. d. §. hæreſis, n. 8. in fin. vbi
dicit magis * cõmunem, allegat Pariſ. atteſtantẽ de magis cõmu- *
ni. conſ. 2. n. 185. & ſeq. lib. 4. Vide Hæreticus quandoque venia dignus eſt.
Concl. 104. n. 20. & ſeq. † Imponitur tamẽ ſibi pœna carceris per- 27
petui, niſi expreſſe per Papam, vel inquiſitores eſſet remiſſa; quia
hodie etiã inquiſitor poteſt pœnã carceris cõmutare, & remitte-
re, c. vt commiſſi. de hær. in 6. ita Clar. d. §. hæreſis, n. 8. v. cæterum. † Am- 28
plia; quia hæreticus impœnitẽs punitur pœna ignis, Clar. d. §. hæ-
reſis, n. 8. v. ſed quæro. † Et dicitur impœnitens ille, qui cõuictus de 29
hæreſi eſt paratus deteſtari illã opinionẽ, tanquam hæreticalem,
quãdo nõ fatetur, prout cõuincitur ſe illam tenuiſſe; quia dicitur
per dolũ deteſtari; & ideo poteſt, & debet pœna ignis comburi.
Rot. deciſ. 1. de hær. in antiq. Accuſatus de hæreſi, quæ eſt in ordine 875.
& fuit Beſign. deciſ. 1. eod. tit. quam ſequitur Rebuff. in prax. benefici-
ali fol. 469. n. 20. & ſeq. vbi, quod vidit cõcremari vnum aſtutũ hæ-
reticũ ex iſta opinione. † Cõtrariũ, quod imo ſit opinio rigoroſa, 30
dicit Clar. in d. §. hæreſis, nu. 10. in fin. quia dicit ipſe, non poteſt dici
hæreticus, cũ non ſit pertinax, & allegat Boer. deciſ. 341. n. 4. vbi ta-
mẽ ſe remittit ſanctæ Matri Eccleſiæ. † Extende; quia etiã dicitur 31
impœnitẽs ille, qui nõ vult facere pœnitẽtiã ſibi iniunctam, puta,
nõ vult deferre habitellũ in publico, & ita vſu cõprobatũ eſſe, at-
teſtãtur Mil. in prax. crimin. fol. 10. n. 112. & fol. 148. n. 55. Simanch. de
hær. c. 47. n. 23. † Cõtrariũ cõſuluiſſe dicit Calder. in c. litteras de præ- 32
ſumpt. vbi, quod conſuluit pro Senenſe, qui per ſex menſes nõ po-
terat ingredi ciuitatẽ ex pœnitentia, & licet non ſeruauerit; nõ eſt
tamen impœnitens, & hanc opinionẽ tanquã mitiorẽ tenet Clar.
d. §. hæreſis n. 11. cum tẽperamento, niſi cõcurreret alia præſumptio
impœnitentiæ. Vide conſilium Cald. quod eſt 2. de hæret. alias 493.
de quo in Concluſione proxima ſeq. † Et hæreticus impœnitens 33
non ſtatim eſt tradẽdus Curiæ ſæculari, ſed hortãdus, & monen-
dus, vt ſi fieri poteſt, cõuertatur ad fidẽ. Clar. d. §. hæreſis, n. 12. v. vnũ
tamen. † Amplia; quia bona omnia hæretici confiſcantur etiam in 34
præiudiciũ filiorum catholicorum; quia hæc pœna afficit etiã fi-
lios, d. c. vergẽtis. de hæret. & idẽ etiã eſt diſpoſitũ de iure ciuili, Auth.
Gazaros. C. de hæret. & hanc * cõmunem & in practica ſeruari dicit *
Clar. d. §. hæreſis, n. 14. v. & ſcias. † Et nulla reſeruatur legitima filiis 35
hæreticorũ in bonis patris. Vide, Legitima an debeatur filiis, ſi bona
patris confiſcantur. Concl. 189. Imo etiã filii catholici ex hæretico pa-
tre priuãtur omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, dic, vt, ſupra, Hære-
ticus ipſo iure priuatur omnibus beneficiis. Concl. 101. † Extende; quia 36
hæc priuatio filiorum habet locũ nedum contra natos poſt hære-
ſim patris, ſed etiã contra natos, antequam pater eſſet hæreticus,
cõmunẽ * dicit Clar. d. §. hæreſis, n. 17. v. quæro nunc, & hanc magis * * *
cõmunem, & ſeruari dicit Royas. † Eandem, quod imo, filii nati,
antequam pater eſſet hæreticus, etiam incurrant aliquas pœnas, 37
magis veram, & magis * communem dicit Royas in tract. de hæret. *
in 2. par. aſſertio. 44. n. 354. vbi, quod hæc ſeruatur; quia dilectũ hoc
non trahit originem à carne; ſed hæc ratio non videtur tuta; quia
puniuntur in odium delicti paterni, & ſoli maſculi; quia conditio-
nẽ patris ſequuntur, non autẽ fœminæ. Vnde videtur, quod ita in
natis ante, vel poſt habeat locum; ſed bene verum eſt, quod mul-
ti tenent contrariam partem, quæ æquior, & mitior videtur te-
nenda, ex quo agitur, vt delictũ vnius non noceat alteri. † Con-
trariã magis æquam, & tenẽdã dicit Clar. d. §. hæreſis, n. 17. v. quæro, 38
in fin. † Alia pœna eſt; quia fit ſeparatio matrimonii etiam ſine iu-
dicio Eccleſiæ, & poteſt vxor recedere à marito hæretico, in tan- 39
tum, quod ſi vxor iudicio Eccleſiæ fuit ſeparata à viro, poteſt ipſo
inuito, etiam ſi pœniteat, ingredi monaſterium, & nolle reuerti
cum eo, eſt cõmunis * opinio, vt per Abb. c. de illa, circa fin. de diuort. *
& ſequitur Clar. in d. §. hæreſis, n. 15. v. item propter, vbi dicit * cõmu- *
nem. † Alia pœna eſt; quia hæreticis non eſt ſeruanda fides à pri- 40
uatis, magis * communem dicit Clar. in d. §. hæreſis, n. 1. v. præterea. *
† Alia eſt pœna; quia pro hæretico nõ poteſt quis eſſe aduocatus, 41
neque procurator, quod intellige, quãdo eſt hæreticus; ſecus, ſi a-
gatur de tuẽdo eo vti nõ hæretico; qa impetrata venia datur licẽtia
ab in-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ab inquiſitoribus. Clar. *d.* §. *hæreſis.n.*19 .*v.vlterius.*Dicas, quod requiritur licẽtia à ſuperiorib. vt poſſit pro eo interuenire, & bene; quia ſi eſſet vere hæreticus, & impænitẽs, non eſt, q poſſit tueri.

## Hæreticus relapſus quis dicatur, vel non. Concluſio 103.

1 HÆRETICVS, † qui poſt abiurationem reincidit de nouo in hæreſim ſine vlla audiẽtia, vel pœnitẽtia, relinquitur iudicio ſæculari, & bona eius ipſo iure ſunt confiſcata. Oldrad. *cõſ.*271.*n.*4
2 *circa fi.c. Ad abolendã de hæret.* † Et quis dicatur relapſus, vide *c. Accuſatus, de hæret. in 6. per tot.* late Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 57. *de relapſis,* vbi, ꝙ non dicitur relapſus, qui non abiurauit, licet pluries in eundẽ inciderit errorẽ, & *n.*18. dicit, quod relapſus forte non erit, qui poſt abiurationem reincidit, ſi ſponte venit ad confitendũ, &
3 diſputat. † Et licet Eccleſia nunquã claudat gremium reuertentibus; fallit tamen in hæretico relapſo quoad pœnã temporalem, ſecus quoad animã. Clar. in §. *hæreſis.n.*8. *v. cæterum,* ſecus quoad tẽ-
4 poralẽ; quia morti traditur. Simanch. vbi ſupra *n.* 11. *& ſeq.* † Amplia; quia impœnitens dicitur is, qui confeſſus hæreſim fuit abſolutus, iniũcta pœnitẽtia, ſi repetitus negat ſe vnquã cõfeſſum tale crimen, neq; pœnitentiã iniunctam. Calder. *conſ.*493.*n.*2.*v. an autem poßit.* alias 2. *de hæret.* vbi, quod poteſt vt hæreticus damnari,
5 niſi reſipiſcat, & cõfiteatur. † Declara, quod iſte non dicitur relapſus; quia imo inquiſitor poteſt eidẽ miſericordiã impartiri, ſi cõfiteatur, & non perſeueret in negatione. Calder. *d. conſ.* 493. *in fin.*
6 alias 2. *de hæret.* † Amplia; quia delictũ reiteratum grauius eſt; ideo obtinens gratiã à delicto non iuuatur, ſi aliud delictum cõmiſit, de quo mentionem non fecit Io. Anan. in *c. Ad abolendam. nu.* 7. *de*
7 *hæret.* † Limita in eo, qui abiurauit propter leuem ſuſpicionẽ; quia relapſus nõ traditur Curiæ ſæculari, prout relapſus, qui abiurauit propter grauẽ ſuſpicionẽ. Arnal. in *repet. c. quoniam de hæret. lib.* 6. *q.*
8 11.*n.*53. *& ſeq.* † Limita; quia etiã relapſus admittitur ad pœnitentiã in foro animæ, licet ſecus ſit in foro fori; quia morti traditur. Griland. *de hæret. part.* 2. *quæſt.* 5. *in fi.* Simanch. plene *d. tract. de cath. Inſtit. tit.* 57. *tom.* 11. *par.* 2. *fol.* 194. *n.* 11. *& ſeq.* vbi late, & eſt tex. in *c. ſuper eo, de hæret. in 6.* vbi declarat, qualiter intelligatur illud, ꝙ Eccleſia reuertenti non claudit gremium; quoniã quoad forũ cõſcientiæ debet intelligi. Ambroſius de Vignate *de hæreſi, quæſt.* 1. *in fi. d. cap. Ad abolendã,* § *illos. de hæret.* vbi, quod denegatur audientia, & in *cap. vergentis. eod. tit.* vbi ad inſtar criminis læſæ maieſtatis humanæ puniri debet in pœnã vltimi ſupplicii, & confiſcationis bono-
9 rũ. † Declara; quia ſi relapſus ſponte, antequã accuſetur, ſe ipſum accuſet, forte non erit reputandus relapſus, & ſaltem poterit ſibi pœna etiam temporalis remitti. Simanch. vbi ſupra, *n.*18. *& ſeq.* vbi, quod de rigore iuris contrariũ eſt verius, ſed ſecus eſt de æquitate, plene Boer. *deciſ.*343.*n. &* 4. vbi, quod *d. c. Ad abolendam* in relapſis procedit. Vide, *Eccleſia nunquã claudit gremiũ pœnitentibus. Cõ-*
10 *cluſ.*14. † Limita; quia ſecundum Conciliũ Tridentinũ in foro cõſcientiæ Epiſcopus abſoluit hæreticũ, *ſeſſ.*24. *cap.*6. *de reform. in fin.* ſed tamen quod Conciliũ tollatur per bullã, *In Cœna Domini,* dicit
11 Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 1. *de abſolut.* † Limita; quia licet relapſo nõ parcatur hæretico; quia imo traditur curiæ ſæculari; tamen ſecus eſt, ſi Papa velit parcere relapſo; quia poteſt, ſi vult; quia omnis pœna relapſi quoad Papã eſt arbitraria. Arnal. in *c. quoniã, q.*12.*n.*9.
12 vbi late. † Limita; quia licet is, qui negligit facere pœnitentiã iniunctã, dicatur redire ad priſtinum ſtatũ; non tamen redit ad priſtinum peccatũ; ideo hæreticus abſolutus impoſita pœnitentia, ſi illã non expleuit, non propterea dicitur iterum hæreſim incurriſſe. Calder. *conſ.*463. *circa pri. v. ſecus ſi crederet.* alias 2. *de hæret.* & latius *nu.* 2. *v. ad id. quod dicitur.* Rot. in *antiq. deciſ.* 875. alias *vnica de hæret. in prin. ve. item iſte nunc.* Vide Concluſionem proximam ſequentem.
13 † Confiſcatio debet prius fieri per iudicem Eccleſiaſticum, antequam iudex ſæcularis exequatur aliquid ſuper confiſcatione, Oldrad. *conſ.*271. *in fin. n.* 5. *ver. ſed confiſcationis,* quia debet præcedere declaratio iudicis Eccleſiaſtici, *cap. cum ſecundum,* §. *condemnationis, de hæret. in 6.* vbi Gemin. Franch. & alii. Vide plene per Maſcar. *Concl.* 863. qui alia ponit circa hoc.

## Hæreticus quandoque venia dignus eſt, & quando ſecus. Concluſ. 104.

1 HÆRETICVS † & Apoſtata, qui etiam ſacerdos cõtraxit matrimonium, licet de iure non mereatur miſericordiã; tamẽ ex clementia poteſt Papa illi pœnitenti remittere pœnã, & etiã diſpenſare ad ordines, licet nõ ſit promouẽdus ad dignitates. Oldr. *conſ.*47. *Pater ſanctißime,* vbi, ꝙ ex miſericordia circa remiſſionem pœnæ alii incitãtur, ſed ex promotione ad dignitatẽ bonis ſcrupulũ Papa inijceret, vbi pulchre laudat clemẽtiã Principis; & maxime in Eccleſiaſtico. † Amplia; quia inquiſitor poteſt facere gra- 2
tiã hæretico veniã petẽti, & confitẽti, ac deteſtãti hæreſim ſuam, quãdo nõ eſt relapſus, etiam ſi primo negaſſet. Calder. *conſ.*493. *in fi. v. ad id, quod quæritur.* alias 2. *de hæret.* † Amplia; quia hæreticus 3
ſponte cõfitẽs, & reuertẽs ad Eccleſiã euitat pœnã mortis. Abb. poſt alios in *c. ad abolendã. n.*11. *de hæret.* † Imo retinet bona, ſi ſpõte 4
cõfitetur ante ſentẽtiam. Henric. Boich. *in c. vergentis, n.*3. *de hæret.* & eſt magis cõmunis *opinio. Clar. §. *hæreſis, n.*8. *in fin.* † Spõte dicitur confeſſus, qui incõtinẽti, & ſpõte fatetur, quod qualiter intelligatur, Abb. in *d. c. ad abolendã. n.*6. *& ſeq. de hæret.* vbi dicit, quod dicitur incontinẽti, etiam antequã ſit Curiæ ſeculari traditus, licet condẽnatus, ibiq; ſe remittit ad not. in *cap. excõmunicamus, il ſecondo, n.*10. *eod. tit.* vbi late hoc tenet, ſequitur Io. de Anan. *d. cap. ad abolendã. n.*10. *& ſeq.* † Reſtringe; quia aliæ pœnæ non remittũtur 6
per pœnitentiam. Abb. *d. cap. ad abolendã, n.*5. *in fi. de hæret.* plene Io. de Anan. in *cap. penul. n.*3. *& ſeq. de hæret.* vbi quod ſolam pœnã mortis euitat, non alias pœnas. † Declara, quia aut ſponte confitetur, 7
antequam accuſetur, vel deprehendatur, & tunc remittitur pœna carceris perpetui, & vitæ, aliæ pœnæ non; ſi vero poſtquam fuit condemnatus, vel accuſatus; quia non præſumitur ſpontanea cõfeſſio, detruditur in Monaſteriũ perpetuo ad peragendam pœnitentiam. *c. pen. de hæret.* poteſt tamen pœna carceris perpetui mitigari, vt in *cap. vt commißi* §. *nec non faciendi, eod. tit. lib.* 6. ita Io. de Anan. *d. cap. penult. eod. tit.* & videtur de mente Archid. in *cap. accuſatus, n.*7. *eod. tit. in 6.* † Amplia; quia pœnitentia ante delictum vo- 8
luntaria, vt quia non voluit delinquere, cũ poſſet, inducit omnimodam impunitatem. Clar. in §. *fin. quæſt.* 60. *n.*21. *in fin. v. aut loquimur,* vbi dicit *cõmunem. † Amplia tempore gratiæ, & miſericordiæ, quæ datur Regnis quãdoq;, & omnibus confitẽtib. vt de 9
Regno Maioricarũ in Hiſpania. Arnal. in *cap. quoniã. de hæret. in 6. q.* 12. *n.*4. *& ſeq.* vbi allegat plures de hoc tẽpore gratiæ, & miſericordiæ loquẽtes. † Amplia; quia corrigibilis nõ deponitur, 14. *q.* 3. *c.* 10 *dixit Apoſtolus.* Capiſtranus *de authoritate Papæ part.* 2. *pr. in tertia parte, n.*47. † Imo exhortandus, & alliciẽdus ad pœnitẽtiam, *cap. conuenientibus, ve. item Petrus.* 1. *q.* 7. plura congerit Lapus poſt *c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. in allegatione in materia hæreſis.* §. 4. §. 11. 11
vbi latiſſime, ꝙ recipiẽdus eſt ſemper ad pœnitẽtiã. † Extẽde; quia etiam pertinax hæreticus ſi eſt paratus deſiſtere à pertinacia, ſibi parcitur, *clem. ad noſtrã.* § *fin. de hæret. cap. penult. eod. tit.* & dicitur pertinax, qui dicit ſe nõ reuocaturũ opinionẽ ſuam. Arnal. Epiſcopus Pactẽ. *tract. de agnoſc. aſſertio. hæret. quæſt.* 30. *n.*79. † Imo nõ poteſt di- 13
ci hæreticus, vbicunq; recedit ab errore, gloſ. fin. in *cap. dixit Apoſtolus,* 24. *quæſ.* 3. vbi Apoſtil. dat concord. Turrecrẽ. ibi, & alii. † Ex- 14
tẽde, vt procedat, ſiue ante capturam, ſiue poſt, ſiue ante cõdẽnationẽ, ſiue poſt, dummodo ante exequutionẽ. Arnal. in *repet. d. cap. quoniã, quæſt.* 12. *n.* 9. *de hæret. in 6.* Simanch. *de cathol. Inſtit. cap.* 47. *n.* 27. *& ſeq.* vbi latiſſime tollit cõtraria, vbi *n.*40. dicit, quod ita eſt vſus Eccleſiæ, & dicit, quod contraria loquẽtia de ſpontanea conuerſione loquuntur in clericis, & plene Zanch. *de hæret. cap.* 16. vbi apoſtil. plena, & eſt cõmunis * opinio. Burſat. *conſ.* 14. *n.* 11. & *cõmunem Boer. *deciſ.*243. *n.*3. *&* 4. vide *lib.* 1. *communi. opinio. fol.* 206. *n.* 13. *& ſeq.* pleniſſime Decian. *vol.* 1. *crimin. lib.* 5. *cap.* 39. *nu.* 3. *& ſeq.* vbi, quod reus etiam admittitur, ſi pœniteat vere, dum ad ignem applicatur. Boer. *deciſ.*341. *per tot.* vbi *nu.* 4. dicit veriorem, & communem * dicit idem Boer. *deciſ.*343. *nu.* 3. *& ſeq.* vbi late, *& ſumma Syluestr. ver. hæreſis.* §. 1. *quæſtio.* 12. vbi reddit rationem; quia benignior eſt opinio; & quia parcẽdi ratio eſt veritas conuerſionis non ante, vel poſt ſententiam, vide omnino Bellam. *in cap. conuenientibus, num.* 4. *& ſeq.* 1. *quæſt.* 7. vbi allegat contraria, & ſoluit quatuor modis. Abb. *in cap. excommunicamus, il primo, num.* 10. *& in cap. excommunicamus, quod eſt penult. in fin. de hæret.* eſt text. *in cap. vt officium, in fi. princ. de hæret. in 6.* pleniſſime Carrer. *in prax. fol.* 279. *num.* 7. *& ſeq.* vbi de communi. Boſſ. *tit. de hæret. num.* 20. plene Grilan. *de hæret. quæſt.* 26. Corrad. *in breuiar. de hæret. num.* 20. Franc. Marci *deciſ.* 944. *nu.* 2. † Extẽde in Papa, & quocunq; Principe; quia ſi eſt paratus ſe corrigere, ſibi parcitur. Rom. *conſ.*523. *Quæſtio diſcutienda, per tot.* maxime *nu.* 5. vbi de Marcellino, quem ſynodus iudicare noluit; quia paratus erat ſe corrigere. † Extende; quia opinio humanior ad excuſandũ hæreticum tenenda eſt, etiam cum aliquali cauillatione, vt de B. Auguſtino *d. hæreſibus, cap.*86. dicit Decian. *d. tract. crim. vol.* 1. *lib.* 5. *tit.* 37. *n.*47. † Declara, dummodo habeatur bona ſpes, quod non 17
fingat. Arnal. *d. repet. cap. quoniam, de hæret. in 6. q.* 12. *n.*10. & eſt text. in *d. c. vt officium, in fi. prin. de hæret. in 6.* † Item, quod ſit vera confeſſio la-

ſio lachrymoſa,non fucoſa,& fraudulenta.Simanc.de cathol.Inſti-
tut.c.47.n.27.& ſeq.per tot.maxime n.48.& ſequ.& nu.51.& ſeq. di-
19 cit,quod debet eſſe lachrymoſa,humilis,&vera.†Poſtquam ſunt
traditi Curiæ ſeculari,admittuntur, vt relapſi, ad pœnitentiã ſpi-
ritualem,& non cremantur viui.Couar.lib.2.var.c.10.circa fin.vbi
20 de ritu Hiſpaniarũ Chaſſan.de hæret.quæſt.20.† Amplia;quia pœ-
nitentia hęretici admittitur,ſi ſtatim poſt deprehenſionem erro-
ris ſponte redeat confitendo,& pœnitendo, non poſtea, cõmu-
* 21 nem*dicit Clar.§.hæreſis,n.9.verſ.ſed vſque.†Imo quod admittatur
vſq; ad ſententiã,eſt in obſeruãtia in Hiſpania, vt atteſtatur Clar.
dict.§.hæreſis,n.9.Arnald.in c.quoniam,quæſt.12.in princ. & per tot.de
22 hæret.in 6.†Quod etiam admittatur hæc pœnitentia poſt ſenten-
tiam,& quandocũque,dicit Clar.d.§.hæreſis n.9.in fin.ꝙ eſt mitior,
* &magis cõmunis * opinio,& tenenda;quia Eccleſia nunquam
claudit gremium redeuntibꝰ ad eam,niſi ſint hæretici relapſi, al-
legat Bertrand.conſ.212.lib.2.in 1.par.Boer.deciſ.343.n.3.& 4. & ita
23 ſeruari dicit Boſſ.de for.compet.n.137.& tit.de hæret.n.20. †Et pœni-
tentia liberat, etiam à pœna, nedum corporali, ſed etiã confiſca-
* tionis bonorum ſecundum magis *cõmunem. Clar.d.§.hæreſis,n.
24 8.in fi.†Et licet hæreticus ſit impœnitens &pertinax;non tamen
ſtatim Curiæ ſæculari eſt tradendus,ſed debet moneri, & horta-
ri,vt pœniteat,non ſemel,ſed pluries,ita Clar.d.§. hæreſis,n.12.ver.
25 vnum tamen.†Extende;quia hæc pœnitentia hæretici admittitur,
ſiue ante capturã,ſiue poſt,ſiue ante ſententiam,ſiue poſt dúmo-
do ante exequutionem. Arnal.in repet.d.c.quoniam.de hæret.in 6.q.
12.n.9.& ſeq.imo quod antequam comburatur, ſi reuerſus pœni-
teat, ſit ei parcendum quoad pœnam mortis. Boer.d.deciſ.343.n.3.
26 & ſeq.vbi latiſſime.†Declarat melius idem Arnal.in d.repet.c.quo-
niam.de hæret.in 6.q.15.n.24.& ſeq.vbi facit quatuor caſus. Primus
eſt,ſi Papa,vel Princeps,aut priuatus incidit in hæreſim nondum
damnatam;quæ tamẽ damnatur poſt,& ſi reuocat errorem, non
poteſt deponi.Secundus caſus eſt,ſi incidit in hæreſim iam dãna-
tam,& ante deprehenſionem,vel amotionem,ſi corrigit ſe,non
deponitur.Tertius caſus eſt, quando incidit in hæreſim damna-
tam,& eſt deprehenſus, ſi corrigat ſe, parcitur ei quoad pœnam
ordinariã, ſed datur pœnitentia, nec admittitur ad retentionem
dignitatis. Quartus caſus eſt, ſi incorrigibilis eſt,vel relapſus;
27 quia non admittitur ad pœnitentiam.†Hęc omnia procedunt in
Epiſcopo,& Inquiſitore; in Papa vero omnia ( quod admittatur
ad pœnitentiam reus,vel non) ſunt arbitraria. Arnal. d.c.quoniam
28 de hæret.q.12.n.9.lib.6.in repet. † Et quod Papa poſſit cõmittere cõ-
feſſori, vt abſoluat ſecreto quemcunque hæreticum, etiam con-
demnatum , & talis abſolutio ſit plenaria, & liberet abſolutum,
ne poſſit vlterius moleſtari, plene Dec.conſ.137.Diligenter,nu.8.&
ſeq.per tot.ſequitur Rebuff.de pacif.poß.nu.196.Decian.vol.1.crimin.
lib.5.c.37.nu.43. Rota in antiquis deciſ.vnica, de hæret.in vltimis verbis.
29 †Amplia;quia ſufficit pœnitentia cum confeſſione in genere, &
nõ requiritur deteſtatio erroris in ſpecie.Boer.d.deciſ.343.in princ.
vbi recitat iura, & opiniones pro vtraque, & hanc cõprobat, vti
30 veriorem.†Amplia;quia proteſtatio facta in vita, ꝙ quis velit vi-
uere catholicus,& mori ſecundũ ritum Romanæ Eccleſiæ,excu-
31 ſat,vt nõ poſſit puniri poſt mortẽ.Boer.deciſ.341.in fin. † Qualitas
perſonarum regulat qualitatem pœnitentiæ iniungendæ. Decia.
32 d.lib.5.c.38.n.19.†Limita in hæretico, qui Regem, aut Principem
hæreticum facere tentauit;quia hic iungitur crimen hęreſis cum
crimine læſæ maieſtatis humanę,in quo non parcitur;quia hoſti-
li animo contra Principẽ,& Rempub.inuadit.Simanch.de cathol.
inſtit.tit.47.tit.de pœnit.& conuer.n.68.& ſeq.p.2.in 11.tom.part.2.fol.
186.vbi idem in eo,qui vxorẽ, vel filios Regis à fide auertere co-
33 natur. † Limita in hæretico relapſo;quia quoad pœnam tẽpora-
lem nõ admittitur pœnitentia,ſed bene quoad ſacramenta,& ſic
quoad animam, & ſic intelligitur illud, quod Eccleſia nunquam
claudit gremium redeuntibus. Abb.d.ca.Ad abolendam,n.12.in gloſ.
in ver.audientia,de hæret.& ita declarat tex.clarus in c.Super eo, de hæ-
* ret.in6.vbi*omnes.Clar.in §.hæreſis.n.8.ver.ceterum,plene Decia.d.
1.vol.crimin.lib.5.cap.39.n.3.& ſeq.Syluestr.in ver.hæreſis,§.1.q.9.& q.
12.in fin.Alex.de Neuo in Apoſtill.ad Abb.c.excommunicamus,il ſe-
condo,de hæret.ver.Sed dubium,vbi,quod non parcitur relapſo,d.c.ad
abolendam,eodem tit.& quis dicatur relapſus,vel non,c.accuſatus, de
hæret.in 6.Carrer.in prax.crimin.fol.279.nu.30.& ſequ.Gundiſal.eod
tract.q.20.n.3.in fin.cum ſeq.Corrad.in breuiar.de hæret.nu. 18. & ſeq.
34 fol.346.Chaſſan.de hæret.q.20. †Extende in accuſatoribꝰ falſis cõ-
tra aliquẽ de hæreſi;quia iſtis non parcitur in aliquo , licet pœni-
teant,ita Clar.§.fi.q.60.n.21. vbi,quod vidit igne cremari falſum
accuſatorẽ,qui falſo accuſauerat quendam,tanquã relapſum hæ-
35 reticum.†Extende in hæretico negatiuo,qui non vult pœnitere;
quia ipſi non parcitur.Arnal.in repet.c.quoniam,de hæret.in 6. q.1.n.



53. † Reſtringe;quia relapſus non dicitur,qui leui ſuſpicione re- 36
conciliatus ad hæreſim rediit.Syluestr.in ver.hæreſis.§. 1.q.9.c.accu-
ſatus,in prin.de hæret.in 6.†Reſtringe;quia relapſo nõ parcitur, qñ 37
conuincitur per confeſſionem,vel deprehenditur per euidentiã
facti,vel clare per teſtes,alias ſecus.Syluestr.ver.hæreſis,§.1.qu.13.in
fi.†Et quis dicatur relapſus,plene,& relatiue Boſſ. tit.de hæret.nu. 38
24.Gundiſal.de hæret.q.20.n.5.& ſeq plenius Maſcard.concluſ.863.
vbi qualiter,& quomodo ꝓbetur.Chaſſan.de hæret.q.20.† Limi- 39
ta,qñ pœnitentia eſt poſt delictũ in delictis;quia quo ad pœnam
temporalem non excuſat in aliquo,*cõmunem dicit Clar. d.§.fi. *
q.60.n.21.in fi.vbi excipit crimẽ hæreſis.†Limita in hæretico hæ- 40
reſiarcha;quia vti ſeditioſi,& euerſores ſtatus publici morti ſunt
tradendi.Simanch.de cath.inſtit.tit.47.nu.66.par.2.in 2.par.11.tom.
fol.186.vbi,quod morti eſt tradendus,licet veniam petat;quia be-
ne parcitur in foro animæ,non in foro temporali. †Limita;quia 41
abſolutio hæretici in foro conſcientiæ non liberat à pœna tẽpo-
rali,ſed ſolũ à pœna æterna.Zanch.de hæret.c.34.vbi apoſtil. †De- 42
clara; quia abſolutio ſecreta ex cõmiſſione Papæ liberat in vtro-
que foro.Dec.d.conſ.137.n.8.& ſeq.

## Hermaphroditus quis dicatur,& in quem ſexum iudicetur. Concl.105.

HERMAPHRODITVS †eſt corpus humanum habens vtriuſq; 1
generis,videlicet maſculi & fœminæ, ſexum. l.cum quæritur,
ff.de ſtat.homin.† Aliqui tamen ſunt Hermaphroditi,qui ſunt neu- 2
trius ſexus;quia non habent ſexum maſculi,neque fœminæ,pro-
ut quando habent carniciem loco membri ad modum oui, pro-
ut habebat quidam Marchio Malaſpina,vt per Bald.conſ.237.Qui-
dam magnificus.lib.3. † Maſculus iudicatur hermaphroditus,qui 3
magis incaleſcit in ſexu maſculi, d.l.cum quæritur, ff.de ſtat.homin.
†Amplia;quia iſto caſu ſuccedit in feudo tanquã maſculus.Bald. 4
dict.conſ.237.circa fi.ver.ſed quantum ad feuda,lib.3. Vide, Feudum an
tranſeat ad hermaphroditum.Concl.167. †Idem,quãdo multũ poteſt 5
in animo virili ; quia licet ſit inhabilis ad generandum propter
membrum ouatum:tamen ſuccedit in feudo.Bald.d.conſ.237.circa
fin.ver.ſed quantũ ad feuda.lib.3. † Reſtringe;vt non procedat,quo- 6
ad feudorum ſucceſſionem,quando non incaleſceret magis in v-
no ſexu,quam in alio; quia eſt caſus omiſſus in inueſtitura. Bald.
d.conſ.237.in fin.lib.3. † Amplia;quia etiam debet iudicari maſcu- 7
lus,quando ex arte medicorum membrum confuſum poſſet re-
duci ad membrum virile. Bald.d.conſi.237.circa med.ver.conſiderandum
eſt,lib.3. † Amplia ; quia quando eſſet æqualis in vtroq; ſexu; 8
quia iudicari poterit maſculus, ſi ipſe ita elegerit eſſe; quia ſtatur
electioni ſuæ. Bald. d.conſil.237.ante med.ver.ſed Dominus Hoſtienſis,
lib.3.†Limita,quando magis incaleſceret in ſexu fœmineo;quia 9
fœmina reputatur.Bald.d.conſ.237.lib.3.

## Hieruſalem eſt ſub monarchia Imperii Chriſtiani. Concl.106.

HIERVSALEM†& partes Terræ Sanctæ fuerunt ſub Monar 1
chia Imperii; ideo poſſunt licite occupari,& eripi de mani-
bus infidelium.Gemin.conſ.96.n.8.& 9.verſ.ſed dicitur.

## Hieroſolymitani Equites ſunt Eccleſiaſtici. Concluſ.107.

MILITES † ſeu Equites Hieroſolymitani ſunt religioſi,& ec- 1
cleſiaſticæ perſonæ;ideo non poſſunt conueniri coram ſę-
culari,ſicut neque alii Eccleſiaſtici, prout vere ſunt iſti.Gem.in c.
hoc conſultiſſimo,§.laici.de reb.Ecc.non alien. in 6. Abb.in rubr.de regu-
lar.& in c.quamuis.de decim.& in c.cum deputati.de iudic.Felin.in c.2.n.
10.de for.compet.Pariſ.conſ.24.lib.4.† Amplia;quia quicquid acqui- 2
runt,acquirunt eorum religioni: prout alii profeſſi. Auth.ingreßi.
C.de Sacroſ.Eccleſ.not.in c.præſentia.de probat.

## Hieroſolymitani Equites vnde ortum habeant , & eorum priuilegia. Concl.108.

MILITES†S.Ioannis Hieroſolymitani appellantur milites,& 1
fratres Sãcti Sepulchri Domini,in quodã priuilegio Bene-
dicti Papæ 12.de quo per Fed.de Sen.conſ.138.in princ.†Priuilegia- 2
ti ſunt;quia non ſunt ſuppoſiti locorũ ordinariis, ſed exempti : tñ
tenentur ſoluere procurationes , & ſubſidia Legatorum Sedis
Apoſtolicæ.Feder.de Sen.d.conſ.138.vbi,quod illa deputatio exe-
quutorum ad compellendum eſt de iure, vt ſoluant. †In vacatio- 3

ne prioratuum vltra montes prouiſio fit hoc modo; quia 12. fratres baiuli eligunt vnum in adminiſtratorem, cui abſq; alia cõfirmatione parendum eſt, donec magnus magiſter citra montes habuerit notitiam, & aliud non ordinauerit. Gemin. *conſ.15.nu.5.ver.*
4 *in quibus apparet.* † Stabilimenta religionis diſponunt, quod non natus de legitimo matrimonio non poſſit eſſe miles in manſione Hoſpitalis, ſi non eſſet filius Comitis, aut maioris Domini, quæ verba includunt ex quo eſt natura exceptionis, niſi eſt talis, quod ſi ſequitur orationem negatiuam, affirmat. Gemi. *d.conſ.15.nu.18.*
5 *ver.ſuper quinto.* † Illegitimi etiam filii Comitũ, & maiorũ Dominorum, licet poſſint eſſe milites Hieroſolymitani; tamen nõ poſſunt habere baiuliuas Confaloni, nec etiam de Capitulo generali citra mare, ita diſponentibus eorum ordinamentis. Gemin. *d.*
6 *conſ.15.n.18.ver.deinde facit aliam regulam.* † Conciliũ Cõſtantienſe, quod fuit ſuper ſedando ſchiſmate inter Benedictum Papam, & Gregorium, dum cõfirmauit geſta eorum vſque ad certum tempus, excepit, dummodo talia geſta non ſint in præiudicium religionis Hieroſolymitanæ. Gemin. *d.conſ.15.nu.19.in fi.ver.& pro hoc*
7 *facit.* † Libri ſtabilimentorum dictæ religionis, licet ſint priuati; quia tamen cõmuniter habentur pro ſtabilimentis, plene probant. Gemin. *d.conſ.15.n.18.ver.quoad ſecundum.* Vide, *Scriptura pri-*
8 *uata non probat, & quando ſecus.Concl.*76. † Hoſpitale Sancti Ioannis, ſeu Prioratus Sancti Ioannis Venetiarum eſt ordinis Hieroſolymitan. & erat Nicolao de Vrſinis commendatum, cui Gregor.6.& Innoc.7. cõceſſerunt exemptionem, ne teneatur ad ſubſidia ordinarii; quod priuilegium extenditur etiam ad particulares, & capellas, quas habet in Patauina diœceſi, & alibi, Cuman. *conſ.*101. *Viſo tenore*, vbi, quod licet priuilegium derogans ordinariis ſtricte ſit intelligendum; tamen quia dicit, quod totaliter ſit exemptus prioratus, neceſſario includit omnia ſuppoſita.

## Hieroſolymitanus Cõuentus poteſt priuare Magnum Magiſtrum. Concl.109

1 HIEROSOLYMITANVS † Conuentus habet poteſtatẽ priuandi magnum Magiſtrum illius ordinis. Oldr. *conſ.*128. *Quoniã ad inueſtigationem, in princ.* vbi ponit multa priuilegia dicti Conuen-
2 tus, & exempla, quod priuauit alios Magiſtros. † Magnus Magiſter Hieroſolymitanus ſtatim, quod eligitur, abſq; alia confirmatione adminiſtrat; quia habet nudum miniſterium non intitulatũ. Oldr. *d.conſ.128.ver.circa quod eſt attendendum, n.5.* vbi in fin. dicti conſilii dicit, quod eſt Magiſter domus d. Hoſpitalis, & loquitur de priuatione cuiuſdam Falconi propter fœdus cum Turcis, & creatione alterius. Vide, *Electus ante confirmationem non habet digni-*
3 *tatem.Concl.94.cum tribus Concluſ.ibi proxim.ſeq.* † Extende, vt idem ſit in aliis Prioratibus dictæ religionis; quia ſtatim, quod ſunt electi, miniſtrant abſque alia confirmatione. Gemin. *conſ.15.nu.5.6.7.* vbi dicit, hoc procedere in militiis, & quando laicis datur admi-
4 niſtratio, & idem dicit in Ciſtertienſibus. † Vocem vnicam habet magnus Magiſter, & nullam in hoc habet prærogatiuam, ſed eſt, prout alius frater. Oldr. *d.conſ.128.col.1.fin.*

## Hypocriſis, & hypocritæ triſtes. Concl.110.

1 HYPOCRITA † dicitur is, qui colore ſanctitatis, & boni operis malum operatur, vt in Euangel. *Matthæi cap.6. Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes: Amen dico vobis: quia receperunt merce-*
2 *dem ſuam.* † Sic fecit Abſolon aduerſus patrem Dauid, finxit ſe velle vota explere Deo in Hebron, & vere tendebat, vt eiiceret pa-
3 trẽ, vt *lib.2.Reg.c.15.* Iſaias *c.29. Populus iſte labiis me honorat.* † Sic Herodes finxit ſe magis velle ire ad adorandum Dominum noſtrum Ieſum natum in Bethleem, vt renuntiarent ſibi illum repertum; cum tamen tenderet ad interficiendum eũ, vt in Euangel. *Matth. c.2.* & de iſtis Pſalmiſta inquit; *Molliti ſunt ſermones eorum ſuper oleũ,*
4 *ipſi autem ſunt iacula.* † Amplia; quia etiam peſſima eſt Hypocriſis illa, quam aliqui prætextu charitatis exercent, dum ipſi trabem in oculis habentes volunt feſtucam de oculo proximi eruere, & contra tales inuehitur Dominus noſter in Euangelio *Matthæi c.7.* incipit, *nolite iudicare, & non iudicabimini,* & quæ ſequuntur, vbi dat cognitionem, dum inquit, *attendite; quia veniunt in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; A fructibus eorum cognoſce-*
5 *tis eos.* † Extenditur iſta cognitio ex aliis cauſis, puta cum amant primos accubitus, volunt vocari Rabbi & magiſtri, cũ foris apparent boni, intus mali, ſicut ſepulchra dealbata, cum ipſi grauia, & inſupportabilia imponunt aliis, ipſi autẽ neque digito tangere volunt ſarcinas, de quibus Lucas in Euangelio, *c.11.circa fin.verſ.* *Nunc vos Phariſæi, vſque in fi.* & plenius in Euangelio *Matthæi, cap.23.*
*per tot.* vbi alia ſimilia ſcribũtur. † Sic etiam hypocrita dicitur, qui 6
coram Deo ex bonis operibus, ſi quæ fecit, ſe iactat, vt in exemplo Phariſæi, & publicani nos inſtruit Domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus in Euang. *Lucæ c.18.* ibi; *dixit autẽ ad quoſdam, qui in ſe cõfidebant,*
*tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros.* † Sic etiã qui ſermones Dei 7
familiares & dulces deducunt in muſicam & auaritiã ad cõmodum proprium, vt inquit Ezechiel Propheta, *c.33.in fi.* † Et contra 8
iſtos dat remedium Chriſtus, *Matthæi c.6. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuã laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito.* & contra iſtos beatus Petrus in ſua *Epiſtola 1.c.2.* dat aliud remedium, vt deponant omnem malitiam, & omnem dolũ, & ſimulationes, & inuidias, & detractiones, ſicut modo geniti infantes lac concupiſcite, ſicque cõſtat in hypocrita nihil boni eſſe poſſe, maxime, quando ſimulatio eſt circa religionem, & bonitatem vitæ, & hos appellat Chriſtus hypocritas triſtes. † Amplia; quia omnis ſimulator, qui fingit vnum, vt fa- 9
ciat aliud, poteſt largo modo dici hypocrita; quia proprie hypocrita eſt ſimulator perſonæ, quæ non eſt eadem, quam fingit; & quia aliud in ore, aliud in corde, vt inquit Calepinus in *ver.hypocrita.* † Et prodior dicitur, qui quadam arte verborũ alium delu- 10
dit; quia licet forma verborum ſonet in bonum, effectus rei conſilium detegit animi. Bald. *conſ.95.in princ.lib.3.* † Contra iſtos doloſos Cato inducit remedium per hos verſus,

*Qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus,*
*Tu quoque fac ſimile, ſic ars deluditur arte.*

† Amplia; quia grauius eſt delictũ, quod clypeo boni cõmittitur, 12
quam ſimplex delictũ; ideo magis odioſus eſt ſpurius ex inceſtu ſub velamine matrimonii nullius, quam ſine matrimonio. Caſtr. *conſ.467.col.penul.in prin.& fin.lib.2.* vbi plura allegat. Vide, *Color quæſitus quid ſit, & operetur.Concl.*496. Vide, *Simulatio quid ſit, & de multiplici ſpecie ſimulationis.Concl.*257. † Extende; quia cõficta æqui- 13
tas duplex eſt iniquitas. Bald. *conſ.9.Factum tale.n.3.lib.1.* † Extende; 14
quia is, qui dolum cõmittit, vel delinquit, ſed contrarium proteſtatur, prout Vaſallus, qui ſine conſenſu Domini alienat feudum, ſaluo iure, & conſenſu Domini, & illud etiã tradit emptori, ſaluo iure Domini, non euitat caducitatem; quia eſt contraria facto, & dicitur bene cantare, & male ruſpare. Bald. *dict.conſ.9.n.1.in fi.lib.1.* quod duplicatur *conſ.188.lib.3.* & dicit, quod non proſunt figmenta ad excuſandas excuſationes in peccatis; Heu miſeri; quia perdunt animam, & corpus delaniant eodem tempore. Vide, *Mendicantes ficti qua pœna puniantur, Concl.*192.

## Hypotheca eſt actio realis, & mixta, & quid operetur, vel non. Concl.111.

PRo hypotheca † oritur actio realis; quia ius in re dicitur ha- 1
bere habens hypothecam in re. *l.pignus.C.de pignor.* Rom. *conſ.388.In caſu propoſiti.n.9.* vbi quod eſt in rem, & ſequitur poſſeſſorem rei. Vide, *Actiones reales quæ eſſe dicantur.Concl.*103. Vide, *Actio*
*mixta hypothecaria.Concl.*105. † Et propterea competit actio hypo- 2
thecaria ad conſequutionẽ poſſeſſionis illius rei, donec ſibi ſatis fiat, iuxta not. in §. *itẽ Seruiana.Inſtit.de actio.& toto tit.ff.& C.de pign.* poteſt enim pignus proſequi. *l.perſequutione.C.de pignor.* vnde dicitur auocatoria poſſeſſionis. Rom. *d.conſ.388.n.9.* Vide, *Hypotheca-*
*ria auocat poſſeſſionẽ.Concl.*126. † Et tam per viam agendi, quam per 3
viam excipiendi; quia cui cõpetit actio, multo magis exceptio, ſi talis res hypothecata reperitur penes creditorem. *l.cui damus.ff.de reg.iur.* Dec. *conſ.232.col.1.& conſ.40.* Doctor. *in l.ſi in arca.ff.de cond.*
*indeb.* Vide, *Exceptio datur facilius, quam actio.Concl.*374. † Et niſi de- 4
bitor ſatisfecerit totum debitum, pignora non liberantur, *l.quamdiu.C.de diſtract.pignor.l.qui pignori.ff.de pignor.* † Proutè contra cre- 5
ditore integre ſatisfacto pignora liberantur. *l.1.§.item liberatur.ff.*
*quibus modis pign.vel hypoth.ſoluit.* † Et quod tribuat hypotheca ius 6
in re, eſt text. in *l.pignori.C.de pignor.* † Et quod auocet poſſeſſionẽ 7
rei hypothecatæ, *l.ſi cum venditor, in princ.ff.de euict.* † Et quod det 8
retentionem rei hypothecatæ, ſi poſſeſſio eſt penes habentẽ hypothecam, eſt text. in *l.1. C.etiam ob chirogr.pecun.* Bart. & cæteri in *l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condictione indeb.* Alexand. *conſil.47.* *Viſis inſtrumentis.col.fi.lib.5.* vbi idem dicit in hypotheca vtili, & *conſil.228.Ponderatis iis.n.3.lib.6.* Vide, *Hypothecarius creditor habet multa*
*priuilegia.Concl.*133. † Et dicitur hypothecaria actio acceſſoria ad 9
perſonalẽ; tñ poteſt ſeparari à perſonali, & cumulari. Vide, *Actio mixta Cõcl.*105. Vide, *Hypotheca dicitur acceſſoria ad perſonalẽ, & qua-*
*liter.Concl.*113. † Limita; quia hypotheca nõ cõpetit, neq; poteſt o- 10
perari cõtra creditorem anteriorẽ hypothecariũ. Alex. *conſil.5.In cauſa,*

11 *cauſa,& lite,ad fin.lib.2.* † Declara;quia non operatur directe,ſed
poſterior creditor pōt offerre priori,niſi prior ſibi ſoluat. Vide,
12 *Offerre poteſt ſecundus creditor hypothecarius priori.Cōcl.*77.†In quibus
differant pignus & hypotheca , vide plene Neguſ. in *tract.de pign.
& hypothec.parte* 1.*in primo membro,* vbi,quod hypotheca eſt,quan-
do non interuenit traditio rei hypothecatæ :pignus quando in-
teruenit traditio,& magis efficax eſt hypotheca cum traditione,
quam ſine,vide aliquas differentias ibi per eum.

## Hypotheca quotuplex, & de ſingulis ſpeciebus. Concluſ.112.

1 HYPOTHECA † alia legalis. Vide, *Hypotheca tacita oritur à lege*
2 *multis caſibus.Concl.*118.† Alia conuentionalis. Vide, *Hypothe-
ca in contractu operatur multa.Concl.*119.† Alia prætoria,quæ eſt,quę
3 oritur pacto nudo;quia inuenta eſt à prætore. Ange.*conſil.*202.*In*
4 *quæſtione. Io.in princ.*† Alia eſt ſimplex,& pura:ſimplex dicitur,qñ
nō interuenit traditio,neq; pignus: ideo obligatus idonee caue-
re non liberaretur faciendo hypothecam bonorum ſimplicem.
5 Neguſ.*de pignorib. & hypothec.parte* 1.*memb.*1.*n.*6.† Alia eſt cōditio-
nalis,&quod hypotheca accedat obligationi conditionali,vel in
diem,eſt tex.in *l.*1.*ff.de pignor.*Ægid.Bellam.*conſ.*39.*n.*17.*in fi.& n.*
18.vbi,quod non naſcitur, priuſquā per conditionis exiſtentiā ſit
6 perſonalis inducta.*d.l.*5.§.1.*verſic.ſed in conditionali.ff.de pigno.* †De-
clara tamē;quia ſi conditionalis obligatio perſonalis purificetur
ſolum poſt mortem obligantis , & ipſe non relinquat hæredem
adeuntem;tunc euaneſcit vtraque,& perſonalis, & hypotheca.*l.
quoties,in fi.ff.de nouat.*vbi Bart.dicit menti tenendum Ægid.*d.con-*
7 *ſil.*39.*n.*17.*in fi.*†Si tamen perſonalis cōditionalis in extremo vitę
ſpiritu obligantis,non autem poſt mortem purificetur;tunc ori-
tur hypotheca in vita,licet exercitium poſt mortē differatur, Æ-
gidius pulchre *dict.conſ.*39.*nu.*18.19.*& ſeq.* vbi late, per quæ verba
8 conditio in morte,vel poſt inducatur.†Rurſus alia expreſſa,quæ
fit verbis expreſſis , & iſta eſt eadem cum conuentionali , de qua
ſupra *nu.*2.Vide, *Hypothecata bona ex quibus verbis dicantur.concl.*114.
9 † Alia tacita,de qua ſupra *n.*1. † Alia eſt vniuerſalis omniū, & ſin-
10 gulorum bonorum,& iſta eſt magis efficax,quam generalis;quia
continet omnia,& ſingula,& ſic habet vim ſpecialis;vt dicit Cra-
uet.*conſ.*381.*n.*3.*&* 4.& plenius *conſ.*485.*col.*2.*verſic.ſecundo conſide-*
11 *ro,*vbi ponit hanc maiorem efficaciā vniuerſalis hypothecæ.† A-
lia generalis omnium bonorum,& iſta comprehendit etiam nō-
mina debitorum,& ſic iura & actiones,*l.*3.& ibi Bart. Bald.& Sa-
lyc.*C.de hæred.actio.l.ſi conuenerit,in princ.ff.de pignor.actio.* Barto.in *l.
Quintus.ff.de aur.& argent.legat.l.nomen* vbi Bart.Salyc.& alii,*C.quæ
res pignor.obligar.poſſ.*Vide, *Nomina debitorum qualiter veniant in obli-*
12 *gatione,& exigantur.Concl.*63.†Extende; quia etiam fructus colle-
cti ex bonis hypothecatis ſunt hypothecati.Bart.in *l.aſſiduis* , *C.qui
pot.in pignor.*Vide, *Fructus rei hypothecatæ veniūt in hypotheca.Cōcl.*488.
13 †Extende ; quia vigore talis obligationis generalis orta eſt actio
vtilis hypothecaria contra debitorem dicti debitoris, vt per Bar-
tol.& Salycet.in *l.gerit,§.cum pignori,ff.de pignor.& in d.l.nomen,* vbi
14 Salyc.*col.*2.Caſtr.in *d.l.ſi conuenerit,in princ.ff.de pigno.actio.*† Si vero
eſſet expreſſum, ꝙ generaliter obligat bona mobilia,& immobi-
lia,non venirent iura;& actiones. Vide, *Bonorum appellatione quid*
15 *veniat.Cōcl.*101.†Et in hypotheca generali veniunt bona præſen-
tia,& futura,*l.fi.C.quæ res pignor.oblig.poſſ.*Neguſ.*de pignor.in* 2.*mēbr.*
16 2.*partis,in princ.* † Sed tamen hypotheca pro certa penſione non
extenditur ad acceſſoria augmentata propter contumaciam, vel
moram plene Rom.*conſ.*507.*In caſu,per tot.* vbi apoſtill.in *ver.obli-
gatione*, dat concordan. Vide omnino Neguſ. *de pignor.in* 2.*par.
princ.in ſecundo membro, per tot.* vbi latiſſime, quæ veniant in hypo-
theca generali , & quæ non , & quid de mercibus de pecunia, de
17 feudo,emphyteuſi,& fideicommiſſo.† Alia eſt ſpecialis,& de iſta
Crauet.*conſ.*381.*nu.*3.*&* 4. vbi,quod dicitur ſpecialis,quæ non eſt
indiuidua, ſed continetur ſub generali omnium , & ſingulorum
bonorum. Vide, *Hypotheca ſpecialis operatur multa,& quæ dicatur ſpe-*
18 *cialis.Concl.*117. † Declara;quia hypotheca ſpecialis plus confert,
quam generalis;quia mancipia, quæ obligauimus in ſpecie , non
poſſumus manumittere ; ſed bene ſi hypotheca generalis eſt, &
ideo bona Eccleſiæ poſſunt pro obſeruantia locationis , & con-
tractus obligari in genere ſine traditione , ſed non poſſunt obli-
* gari in ſpecie,&tradi in pignus. Alex.*conſ.*118.*In caſu,nu.* 21.*& ſeq.
ver.quid reſpōdeo,lib.*5.vbi dicit magis*communem.†Et iſta ſpecia-
19 lis hypotheca requirit , quod res ſpecialiter hypothecata ſit in
bonis hypothecantis , vt valeat. Neguſ. *de pignor.in ſecunda parte
princ.membr.*1.vbi ponit ſex differentias inter hypothecam ſpecia-
lem,& generalem.



## Hypotheca dicitur acceſſoria ad perſonalem, & qualiter. Concl.113.

HYPOTHECA † dicitur acceſſoria ad perſonalē obligationē; 1
ideo dubitatur , an extincta perſonali extinguatur etiā hy-
potheca:& facias regulam,quod non,quam ponit Neguſ.*de pign.
in* 2.*memb.*6.*p.n.*5.*& ſeq.ver.*3.*quæritur.*vbi ponit tres ampliationes,
& quatuor limitationes. Vide omnino Ioan.de Anan.*conſ.*10.v-
bi pro vtraque parte diſputat,& diſtinguit. †Extende igitur vltra 2
Neguſ. quarto, quando locator habens hypothecata bona con-
ductoris deceſſit ſine hærede; quia licet deficiat perſonalis, non
deſinit tamen hypothecaria, pulchre Io.de Anan.*d.conſil.*10. *Viſo
inſtrumento,*vbi Bologn.in apoſtill.† Declara tamen;quia ſi hypo- 3
theca eſſet conditionalis ad actionem perſonalem conditionalē
extinguendam poſt mortem obligantis , ſi decedat ſine hærede,
tunc vtraque extinguitur. Ægid.Bellam.*conſ.*39.*num.*17.*in fi.* Vide
Concluſionem proximam præcedentem , *n.*5.*ver.alia eſt conditio-
nalis.* † Extende;quia poteſt cedi ius pignoris, vel hypothecæ ſi- 4
ne principali actione ſecundum cōmunem*opinionem, & præ- *
ſtat effectum actionis ad conſequendam poſſeſſionem, & reten-
tionis poſſeſſionis. Alex.*conſ.*47.*Viſis,nu.*5.*ver.ſimiliter,lib.*3.vbi di-
cit * communem,& ibi apoſtil.relatiue declarat. † Reſtringe in * 5
tantum hypothecam acceſſoriam eſſe ad perſonalem obligatio-
nē, vt remiſſa perſonali ceſſet hypotheca, *l.cum principalis, ff.de re-
gul.iur.l.item liberatur,ff.quibus modis pign.vel hypothec.ſolu.* Natt.*conſ.*
416.*n.*11.*lib.*2. Vide, *Hæres adeundo ſimpliciter confundit ſuas actiones.
Concl.*52.*in princ.* † Reſtringe,quando eſſemus in materia non 6
tranſitoria ad hæredes ; quia tunc extincta perſonali extinguitur
etiam hypothecaria,prout in emphyteuſi Eccleſiaſtica locata per
emphyteutam,ſic videtur velle Ludouic.Bolognet.in addit.ad *d.
conſil.Ioan.de Imol.*10.*n.*7.*verſ.præterea.* † Hypotheca acceſſoria ad 7
perſonalem fundatur in æquitate ſeparata à ſuo principali,vt per
Cyn.in *l.*2.*C.de luit.pign.*& quia non eſt eadem æquitas,vt ceſſante
perſonali ceſſet hypothecaria; ideo vtraque non extinguitur ex-
tincta perſonali. Ægid.Bellam.*d.conſ.*39.*n.*21.*ver.in ſecundo.* Vide,
*Hypotheca eſt actio realis,& mixta.Concl.*111.*nu.*9.† Hypothecaria,& 8
realis actio poteſt competere contra obligatum perſonali,prout
contra obligatum,ſeu contra hæredem debitoris , & etiam con-
tra nō obligatum perſonali, prout eſt quilibet tertius poſſeſſor;
ideo libellus contra hæredem ad reſtituendum bona obligata , ſi
negat conuentus ſe hæredem , procedit tanquam in mera hypo-
thecaria contra tertium poſſeſſorem non obligatum perſonali a-
ctione. Caſtr.*conſ.*447.*Ad primum,in princ.lib.*2.vbi videtur dicere,
quod hypothecaria non datur tanquam contra obligatum , ſed
contra non obligatum; quia ſunt actiones contrariæ,& exceptio
rei iudicatæ in vna procedit in alia. † Amplia; quia agens hypo- 9
thecaria cōtra tertium poſſeſſorem debet narrare illam rem fuiſ-
ſe ſibi hypothecatam à tali tempore, quo illam poſſidebat, & erat
Dominus , & quod ille tertius poſſeſſor habuit cauſam ab ipſo
debitore poſt hypothecam , alias ſi ſimpliciter ageret contra ter-
tium poſſeſſorem , libellus eſſet ineptus, & ſententia ſuper ine-
pto libello eſt nulla. Alex.*conſ.*137. *In cauſa, & lite,nu.*2.*&* 3.*ver.ſe-
cundo vltra prædicta,lib.*2.† Si vero agit creditor contra debitorem, 10
qui hypothecauit,ſufficit, ꝙ probet poſſeſſionē debitoris, & non
tenetur probare dominium debitoris,licet teneatur allegare do-
minium debitoris, Alexan.*d.conſ.*137.*n.*5.*verſic.imo ſi etiam,lib.*2.

## Hypothecata bona ex quibus verbis dicantur. Concluſ.114.

BONA † deſignata à teſtatore, vel alio debitore alimentorum, 1
vt ſuper eis debeantur alimenta , ſunt hypothecata per deſi-
gnationē. Bart. *conſ.*211.*Quidam ſibi filias,n.*4. *verſ. circa hypothecam,
lib.*1.& infra *n.*3.*& ſeq.* Vide, Dictio, *ſuper*, quid importet. *Concluſ.*
383.† Extende;quia imo annua præſtatio vbicunq; eſt debita pro 2
alimentis ex certo corpore, vel fundo, fundus, vel corpus dicitur
hypothecatū. Bald.*cōſ.*182.*Caſus talis eſt,n.*2.*ver.tertio probatur lib.*5.
Roman.*conſ.*388.*In caſu propoſiti thematis,in princ.*vbi *n.*3.dicit *cō- *
munem. Vide, *Alimenta habent multa ſpecialia & priuilegia.Cōcl.*286.
Vide, *Penſio dicitur realis,& tranſit ad ſucceſſores in beneficio, & quando
ſecus.Concl.*263. † Amplia;quia vbicunque aliquid conceditur ſu- 3
per certo fundo, fundus dicitur hypothecatus; quia dictio, *ſuper*,
importat hypothecā. Bald.*d.conſ.*182.*n.*2.*ver.ſecundo,quia lib.*5. vbi
loquitur in donatione Regis Cypri. Roma.*d.conſ.*388.*in princip.&
conſ.*508.*Præſens cōſultatio.in princ.* Caſtr.*conſ.*96. *Circa ea,colum.pen.
ver.iis tamen,lib.*1.ſupra *nu.*1. Vide, *Legatum factum de certa ſumma in
bonis,& ſuper bonis.Concluſ.*66.† Extende;quia imo hypotheca ge- 4

neralis cõpetit ſuper omnibus bonis eius, qui conſtituit affictum
ſuper bonis particularib⁹; quia ſpecialis expreſſio bonorũ, ſuper
quibus affictus conſtituitur, non fit ad effectũ, vt non fiat alia hy-
potheca generalis, ſed ne inducatur præſumptio vſuræ, ſi fiat ſu-
per omnibus bonis. Chaſſan. in *tractat. gloriæ mundi part. vlt. conſide-
rat. 99. ver. aduerte tamen ad vnum, An hypotheca generalis.* Vide eum;
5 quia durus eſt ſermo. † Et an res, ſuper qua fit legatũ, poſſit alie-
nari ſine conſenſu legatarii. Iaſon in *l. 2. in 7. q. ad fi. C. de iur. emphyt.*
6 † Amplia; quia ex pacto ingrediendi propria auctoritate bona
debitoris, ſi non ſoluat, oritur hypotheca. Franciſ. Cremen. *ſing. 2.
quid ſi feci,* & dicitur pactum exequutiuũ hypothecæ. Signor. Ho-
mod. *conſ. 4. Statuto Ciuitatis, in princ. & n. 12. ver. decimo, & vlt.* Bart.
in *l. creditores, in 4. quæſt. C. de pignor,* vbi Bald. in 1. *lect. ad fi.* per text. in
*l. 3. §. fi. ff. qui pot. in pign. & in l. fi. C. quæ res pignor. obligar. poſſ.* infra *n. 16.*
7 * † Contrarium videntur velle cõmuniter Doctores* in *dict. l. cre-
☞ ditores,* quod dicatur ius reale, & non perſonale. Vide, *Pactum in-
8 grediendi poſſeſſionem propria auctoritate quid operetur. Conclu. 37.* † Am-
plia, vt idem ſit, qñ data eſt facultas vendendi rẽ datam in pignus;
9 quia oritur hypotheca. Cremen. *d. ſing. 2. in fin.* † Amplia; quia ex
pacto de retrouendendo oritur hypotheca, Crauett. *conſ. 201. Præ-
10 ſupponitur in facto, in princ. lib. 1.* † Amplia ex ſimplici obligatione
procuratoris, qñ præcedit mandatum, in quo Dominus promiſit
ratum habiturum omnia facta per procuratorem ſub hypotheca
omniũ bonorum ſuorum. Fulgoſ. *conſ. 186. Pro determinatione, col.
11 3. ver. & pro hac quoq;* Caſtr. *conſ. 336. n. 2. lib. 2.* † Extende in caſu no-
tabili; quia ſi fuit datus procurator ad recipiendũ pecunias mu-
tuo, & expendendum pro mandãte cum obligatione bonorũ de
iis, quæ geſſerit procurator, ſi procurator accepit pecunias mu-
tuo nomine ſuo, & expendit pro mandante, habet obligata bona
mandantis, quaſi à ſeipſo mutuo acceperit, licet non ſeruata for-
ma mandati; quia ſufficit, ꝙ in vtilitatẽ conuertat. Caſtr. *conſ. 336.
12 lib. 2. per tot.* † Amplia; quia hypotheca bonorũ oritur, ſi debitor
ſatisfacere promittit per rerũ ſuarum exactionẽ. Rom. *d. cõſ. 508.
13 n. 2.* † Amplia; quia dicto, *de,* importat hypothecã; ideo filia, quæ
excluditur à ſtatuto Florentino, habet hypothecata bona hære-
reditatis, à qua excluditur; quia mandatur dotari de bonis, quæ
dictio importat hypothecã, tex. cũ gloſ. in *c. niſi eſſent. de præb.* Bart.
in *l. 2. ff. de alim. & cibar. leg.* Bar. & Iaſ. in *l. cum ij, § ſi vnus, ff. de tranſ-
* act.* vbi cõmuniter* omnes, & hoc obſeruatur, & receptũ eſt Flo-
14 rentiæ. † Amplia; quia hypotheca oritur ex inſtrumento, qñ No-
tarius eſt ſolitus apponere in omnibus inſtrumentis; quia etiam
ſi omiſerit, poteſt ſupplere ſecundum ſtylũ. Iaſ. in *l. certi condictio. §.
☞ ſi nummos. ff. ſi cert. pet. n. 24. & ſeq.* Vide, *Notarius quæ poßit addere, vel
15 non in extenſione inſtrumenti. Concl. 85.* † Amplia; quia illa verba, *ſub
obligatione ſui, & bonorũ ſuorũ, vel ſub obligatione, &c.* important hy-
pothecã. Caſtr. *d. conſ. 336. Dubium facit. nu. 2. ver. nam hoc important,
16 lib. 2.* † Amplia; quia pactũ ingrediendi propria auctoritate indu-
cit hypothecã, vt poſſit facta liquidatione intentari hypotheca-
ria, vel Saluianũ. Alexan. *cõſ. 83. Viſo proceſſu in prin. lib. 6.* vide ple-
17 nius ſupra *num. 6.* † Limita; quia promiſſio ſoluendi aliquid de in-
troitibus Cameræ Apoſtolicæ non inducit hypothecã ſuper in-
troitibus, de quibus ſolutio eſt facienda. Caſtr. *conſ. 96. Circa ea, in
18 prin. lib. 1.* † Reſtringe, niſi promiſſio ſoluẽdi de certis redditibus
eſſet per modũ ſubrogationis in locũ debiti hypothecarii; quia
tunc cenſetur ſubrogatum cum eadem hypotheca. Caſtr. *d. conſil.
☞ 96. col. pen. ver. conſtat autem, lib. 1.* Vide, *Alimenta habent multa ſpecia-
lia priuilegia. Concl. 286.* Vide, Dictio, *ſuper,* quid importet. *Cõcl. 383.*
Vide, *Legatum factum de certa ſumma in bonis, & ſuper bonis quale. Con-
cluſ. 66.*

## Hypotheca in quibus cadat, vel non. Concl. 115.

1 BONA † omnia poſſunt hypothecari, quæ ꝓhibita nõ ſunt, quæ
ſint in bonis hypothecantis: regulã ponit Neguſ. *de pign. part. 2.
memb. 3. n. 4. & ſeq.* vbi ponit multas quæſtiones in vſufructu, & ſi-
2 milibus, ampliat regulã ſex modis, & limitat octo modis. † Exten-
de, etiã ſi ſint aliena; quia licet res aliena nõ poſſit obligari in præ-
iudiciũ Domini. Neguſ. *d. tract. de pign. par. 2. memb. 3. n. 52. & ſeq.* tñ
valet obligatio in præiudiciũ hypothecantis, ne poſſit ipſe infer-
3 re quæſtionẽ dominii. † Extende; quia poſſidens rem alienam po-
teſt quoad ſui præiudiciũ obligare. Neguſ. *de pign. in 2. part. 3. memb.
4 n. 60. & ſeq.* † Amplia; quia in generali obligatione bonorum ve-
☞ niunt præſentia, & futura. Vide, *Obligatio omnium bonorum in gene-
5 re quid comprehendat. Concl. 35.* † Extende; quia veniunt nomina de-
bitorum, Alexan. *conſ. 47. Viſis, in fi. lib. 3.* Alexan. *conſil. 112. Viſo quo-
6 dam. n. 8. ver. item ſufficit. lib. 6.* † Extende; quia imo ius poſſidendi
cadit in hypotheca generali, & ideo illud ius hypothecatum tri-
buit actionem hypothecariam, vt ex Saluiano poſſit auocari poſ-
ſeſſio obligata. Alex. *d. conſ. 112. Viſo quodam. num. 4. ver. tamen omiſſis
diſputationibus. li. 6. cum ſeq.* † Amplia; quia emphyteuſis poteſt hy- 7
pothecari reſpectu vtilis dominii, cõmunem* dicit Clar. in *§. em-* *
*phyteuſis. q. 18. in fi.* † Extende; quia imo in generali obligatione, & 8
hypotheca venit etiam emphyteuſis. Clar. *d. § emphyteuſis qu. 18. in
fi.* † Declara tamen; quia ſuccedens non tenetur ſoluere ex hypo- 9
theca facta à ſuo prædeceſſore, niſi adiuerit illius hæreditatem, &
qñ eſt hæreditaria abſolute; ſi vero eſt hæreditaria ſecundũ quid,
& ex prouidentia, ſi adiuit cum beneficio, non poteſt conueniri.
Clar. in *§. feudum q. 43.* vbi dicit* communem, ad quam ſe remittit *
in *§. emphyteuſis. q. 40.* † Amplia; quia pecunia poteſt hypothecari, 10
& per creditorem priorem hypothecarium auocatur à ſecundo,
cui eſt facta ſolutio, pecunia ſoluta. Rom. *conſ. 111. Viſo puncto, per
tot.* † Amplia; quia hypotheca generalis bonorum, & iurium vni- 11
uerſaliter comprehendit etiã officium iudicis; quia cedi poteſt.
Bart. *conſ. 95. Ex themate, in princ. lib. 1.* † Limita in feudo; quia non 12
poteſt hypothecari; quia prohibitum eſt per *c. imperialem, de pro-
hib. feud. alien. per Federic.* Clar. in *§. feudum q. 35.* vbi * de communi. *
† Limita in re prohibita alienari, vt quia ſit prohibitum cõmer- 13
cium rei, prout eſt res ſacra, publica, & ſimilia. Bar. in *l. in quorum,
ff de pign.* Neguſ. *tract. de pigno. p. 2. memb. 3. nu. 69.* † Limita, quando 14
res eſt prohibita alienari in vltima voluntate; ſecus in materia o-
dioſa, quando commercium rei non eſt prohibitum. Neguſ. vbi
ſup. *n. 70. & ſeq.* † Limita in fructibus beneficiorum Eccleſiaſti- 15
corum; quia non poſſunt obligari, ex quo non ſunt Rectoris, ni-
ſi vt ſtipendium, prout idem de milite armatæ militiæ, qui arma
& ſtipendia obligare non poteſt. Abb. in *c. de multa. n. 17.* vbi apoſt.
dat conc. *de præben.* Vide, *Fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum ſpectant ☞
ſucceſſori. Concl. 515.* Vide plene Neguſ. *de pign. & hypoth. in 5. par. prin.
memb 1. n. 10. & ſeq.* vbi, an hypotheca pro ſorte principali cõpre-
hendat fructus, & acceſſoria, & diſtingue, vt ibi per eum.

## Hypotheca non oritur ex apodiſſa, vel ſententià, & quando ſecus. Concl. 116.

HYPOTHECA † non cõpetit ex apodiſſa; quia in ea non poteſt 1
dari hypotheca bonorum, niſi ſit trino teſte ſubſcripta, & ſic
ſit ſcriptura ſolemnis. Bald. *conſ. 149. Proponitur, ꝙ ex cauſa, in princ.
lib. 1. & n. 3. ver. item hypothecaria,* de qua dixi in fin. *l. ſcripturas. cum ibi
not. C. qui pot. in pigno.* Vide, *Creditor hypothecarius præfertur non hypo- ☞
thecario. Concl. 1064.* Vide, *Scriptura priuata non concurrit cum inſtru-
mento, niſi &c. Concl. 79.* † Amplia; quia hypotheca non oritur ex 2
ſententia inter alios lata; & ideo qui agit hypothecaria, & produ-
cit ſententiã inter alios latã ſuccumbere debet. Alex. *conſ. 108. Viſo
proceſſu, in prin. lib. 5* vbi apoſtil. in *ver. ſententia* citat eundẽ Alexan.
*conſ. 46. lib. 1.* † Rationẽ reddit; quia ſententia nõ cõtinet, niſi illud, 3
ꝙ ex neceſſitate infertur ex verbis, ſed lata inter alios nihil infert
cum non nominato in ea, & cũ tertio: ergo. Alexan. *d. conſ. 108. in
p inc.* † Extende; quia debet exprimi quãtitas, & probari, pro qua 4
agens ex ſentẽtia, vel alia ſcriptura agit hypothecaria, alias nõ re-
leuat. Alex. *d. conſ. 108. n. 2. & 3. lib. 5.* Caſtr. *conſ. 168. lib. 2.* Socin. *conſ.
112. in princ. n. 7. li. 4.* Corn. *conſ. 55. in princ. lib. 3.* vbi, ꝙ requiritur cõ-
demnatio in ſententia, quod res ſit obligata. Alex. *conſil. 115. lib. 6.*
† Limita contra ſcribentem, vel illius hæredem vniuerſalem, vel 5
quando ſcriptura aliter, quam trino teſte ſubſcripta probatur ve-
ra per teſtes, vel alias probationes, & continet hypothecam.

## Hypotheca ſpecialis operatur multa, & quæ dicatur ſpecialis. Concl. 117.

HYPOTHECA † ſpecialis operatur, ꝙ creditor habẽs hypothe- 1
cam ſpecialẽ in concurſu cum alio creditore nõ poteſt agere
cõtra alia bona, niſi prius hypothecaria egerit ſuper re particula-
riter hypothecata, & nõ ſufficiat, ſiue ſit prior, ſiue poſterior. *l. 2.
C. de pign.* † Extende, vt procedat, etiam ſi habeat generalẽ, & ſpe- 2
cialẽ; quia nõ poteſt exercere generalẽ, niſi prius ſpecialem exer-
ceat. Crauet. *conſ. 77. n. 16.* Cremen. *ſing. Obligaui tibi.* vbi, ꝙ gene-
ralis hypotheca dicitur conditionalis, ſi ſpecialis non erit ſuffi-
ciens. † Extende etiã in cauſa dotis; quia mulier habens obligata 3
bona mariti ſpecialiter, & etiã generaliter, nõ poteſt exercere ge-
neralẽ hypothecam cõtra alios creditores, & tertios poſſeſſores,
niſi prius exerceat ſpecialem. Rom. *conſ. 187. In repræſenti. n. 2. ver.
ſecundo quia,* vbi apoſtill. in *verb. non poßit.* dat concord. † Contra- 4
riũ tenet Boer. *deciſ. 332.* vbi dicit* communem; quia pactum non *
poteſt facere ius dotis deterius; ideo hypotheca tacita generalis
non ceſſat, neque illi præiudicatur per ſpecialem expreſſam, vbi
quod bene procedit reſpectu bonorum paraphernalium exten-
ſio.

ſio. † Reſtringe; quia ille tex.in *l.2.C.de pignor.* non habet locũ,ſi
agatur contra tertiũ extraneum poſſeſſorem non habentem hy-
pothecata bona debitoris;quia creditor habens ſpecialem,& ge-
neralẽ poteſt generalem exercere ante ſpecialem.Socin.*conſ.*118.
*Primo aſpectu,in fi.lib.*2.ꝙ duplicatur *lib.4.conſ.*75.ſequitur Neguſ.*de*
*pigno.in 5.p.2.memb.in fi.*& Soci.*conſ.* 198.*in fin.* vbi, ꝙ exorbitat,&
6 non extenditur illa lex.*lib.2.* † Contrariũ tenet gl.in *d.l.2.C.de pi-*
*gnor.*vbi Bart.in fi.Caſtr.quem allegat Socin.*cõſ.*198.*n.2.ver.quin-*
7 *to.lib.2.* † Declara;quia prima opinio procedit, qñ non concurrit
alius creditor habens hypothecam;ſi vero concurrit,tunc ſecus,
& ita gl.debet intelligi. Neguſ. *de pign.in* 8.*part.1.memb.nu.*20.*ver.*
8 *nunc autem ſubtilius.*Pariſ.*conſ.*50.*n.*30.*lib.*1.† Declara ſecundo, niſi
ille tertius haberet cauſam à debitore , qui vendidiſſet cũ obliga-
tione,prout moris eſt.Neguſ.*d.tract.de pignor.*8.*part.*1. *memb.n.*20.
9 *in fi.*Pariſ.*d.conſ.*50.*n.*39.*lib.*1.† Reſtringe,vt non procedat, quan-
do fieret reſeruatio; quia tunc non receditur à generali, ſi fiat ſi-
ne præiudicio generali, ita videtur velle Boer. *deciſ.*332.*circa med.*
10 *ver.ſecus eſt,vſq; in fi.* † Reſtringe,vt non procedat reſpectu princi-
palis debitoris;quia ipſe non poteſt hoc opponere. Bald.*conſ.*285.
11 *Caſus coram.poſt med.ver.item oppo.quod res ſpecialiter.lib.*2.† Reſtrin-
ge;quia ſi primus habeat magis generalẽ, in qua cõprehendũtur
bona, quæ non cõprehenduntur in generali ſecundi creditoris,
non tenetur primus agere ad bona, quæ habet obligata, quæ nõ
habet ſecundus , ſed poteſt agere contra omnia bona debitoris.
Neguſ.*d.tract.de pignor.in 5.part.2.memb.n.*51.*verſ.ſed dubitatur,* alle-
gat Corne.*conſ.*247.*Licet in præſenti,col.pen.volum.*1.eſt 246.*n.*13. *&*
14.*lib.*1.vbi,quod æquitas *d.l.2.C.de pignor.*non loquitur hoc caſu.
12 † Reſtringe,vt non procedat,qñ habens ſpecialẽ, & generalẽ ha-
bet etiam clauſulam,ita quod ſpecialitas generalitati nõ deroget.
13 Puteus *deciſ.*38.*die* 12.*Octobris.lib.*1. † Reſtringe,qñ ſpecialis & ge-
neralis hypotheca eſſet in obligatione in forma Cameræ ; quia
poteſt exercere generalẽ,omiſſa ſpeciali.Pariſ.*conſi.*103.*nu.*3.*lib.*3.
14 † Amplia;quia plus operatur ſpecialis,quã generalis in caſu *l.licet.*
*C.qui pot.in pign.*vt ſi quis emat ex pecunia mea,ſi fiat ſpecialis hy-
potheca rei emendæ pro me,debeo præferri omnibus etiam an-
teriorem hypothecã habentibus;ſecus ſi eſſet generalis,ita Bart.
15 & alii,vbi Fulgoſ.in *d.l.licet.C.qui pot.in pign.*† Specialis hypotheca
dicitur multis modis. Primo modo,qñ vna res in ſpecie eſt obli-
gata,& non agitur contra alia bona,niſi excuſſa ſpecialiter hypo-
16 thecata.*d.l.2.C.de pign.*† Secũdo modo dicitur ſpecialis hypothe-
ca,quę fit de bonis præſentibus dumtaxat,gl.in *l.& quæ nondum.§.*
17 *quod dicitur,in ver.ſpecialiter.ff.de pignor.*† Tertio dicitur ſpecialis,v-
bicunque fit expreſſio,veluti quando bona mobilia,vel immobi-
lia omnia,ſecus ſi omnia bona obligantur,ita Craue.*conſ.*381.*n.*3.
18 latius Natt.*conſ.*474.*n.*14.*& ſeq.*† Quarto modo dicitur ſpecialis,
qñ eodem modo,& per eadẽ verba fit obligatio,per quæ fit con-
tractus;quia ſi dono omnia bona mea præſentia & futura ſub cõ-
ditione,& promitto non alienare, & pro obſeruatione obligo o-
mnia bona mea præſentia , & futura; & qa exprimitur eodẽ mo-
do obligatio bonorũ , quo fit donatio : ideo dicitur ſpecialis hy-
19 potheca,ita Ruin.*conſ.*180.*n.*19.*lib.*1.† Declara;quia aliquãdo hy-
potheca dicitur generalis , vt ſi obligentur omnia bona præſen-
tia & futura;aliquando eſt ſpecialis,vt ſi obligantur omnia bona
mea mobilia & immobilia;aliquando eſt ſingularis,vel ſpecialiſ-
ſima,vt ſi obliget talem rem ſpecifice,ita Natt.pulchre *d.cõſ.*474.
*n.*12.*& ſeq.*Crauet.*d.conſ.*381.*n.*3.Vide,*Hypotheca quotuplex.Concluſ.*
☞ 112.*circa fi.*Vide plenius per Neguſ.*de pign. & hypoth.par.*2.*memb.*1.
vbi ponit differentias inter generalem & ſpecialẽ hypothecam,
& *memb.*3.ponit requiſita ad ſpecialem,in quibus cadat.

## Hypotheca tacita oritur à lege multis caſibus. Concluſ. 118.

1 VIDE † plurimos caſus,quos connumerat plene Neguſ.*de pign.*
*in 4.memb.2.p.*vbi ponit 24.caſus,in quibus tacita hypotheca
2 datur à lege.† Amplia; qa hypothecã tacitã à lege inductã habet
dos, etiã ſi nihil ſit dictũ inter partes, quæ præfertur omni alteri
hypothecæ tacitæ etiã anteriori.Calder. *conſ.*476.alias 2.*de donat.*
*inter vir.& vxor.l.*1.§.1.*C.de rei vxor.actio.& in §.fuerat,Inſtit.de action.*
* vbi*omnes.Vide,*Dos habet tacitam hypothecam , quæ præfertur alteri*
☞ *tacitæ.Concluſ.*745.† Et quod dos pro matrimonio carnali habeat
3 tacitam hypothecã.*l.aſsiduis. C.qui pot.in pign.* latiſſime Neguſ. *de*
*pignor.2.parte,memb.4.n.24.& ſeq.*vbi,ad quos tranſeat,vel non,&
quando poſſit cedi, & quid in dote euicta , & an in bonis furioſi
4 obligati dotare.† Extende pro augmento dotis. Neguſ.vbi ſupra.
5 *n.*46.item in donatione propter nuptias,*nu.*65.*& ſequ.*† Extende
in tertio dotante , in Hebræa vxore etiam contra minorem obli-
gatum,vide Neguſ.vbi ſup.*nu.*69.*& ſeq.* † Extende etiam in dote
recepta iuſſu patris per filium.Neguſ.*d.2.par.memb.*4.*n.*36.*& ſeq.*
vbi declarat. † Extende;quia procedit pro pretio rerum dotaliũ 7
per maritum alienatarum.Neguſ.*d.2.p.memb.*4.*n.*57.*& ſequ.* † Ex- 8
tende in dote ſpirituali;quia Eccleſia † conſtructa,quæ nõ debet 9
eſſe ſine dote, habet hypothecata bona pro dote cõtra cõſtruen-
tem.Ioan.de Imol.*conſ.*50.*In caſu præmiſſo.num.4.cum ſeq.& per tot.*
† Extende idem in pia cauſa;quia doti æquiparatur. Tiraq. *de pia* 10
*cauſa priuil.*158.† Reſtringe in hæretica muliere;item in pœna, ibi 11
Neguſ.*n.*68.*& ſeq.*† Amplia; quia vſurarii bona ſunt tacite hypo- 12
thecata ei,cui debet fieri reſtitutio vſurarum. Vide,*Vſurarij bona* ☞
*an ſint hypothecata pro vſuris reſtituendis.Concl.*359.† Contrarium di- 13
cit Neguſ.*de pign.in 2.parte,in 4.memb.n.*155.vbi de*cõmuni.† Am- *14
plia;quia prælati,& beneficiati male adminiſtrantes bona Eccle-
ſiæ tenentur de ſuo,& eorum bona patrimonialia ſunt hypothe-
cata Eccleſiæ. Gemi.*cõſ.*3.*n.*8.*verſ.ſed planũ eſt.* plene Neg.*de pign.*2.
*part.mẽb.*4.*n.*120.*& ſeq.* † Extẽde in adminiſtratoribꝰ Hoſpitaliũ, 15
& locorũ piorũ.Neg.vbi ſup.*n.*123.† Extẽde in tutore,& aliis ad- 16
miniſtratoribus bonorũ pupillorũ, vide infra.*n.*38.*& ſequ.*Vide, ☞
*Adminiſtratoris bona qualiter ſint obligata.Conclu.*207.† Amplia;quia 17
fiſcus habet hypothecata bona cõdemnati ex maleficio à die cõ-
demnationis ſecundũ verã*opinionẽ,vt inquit Bald.*conſ.*40.*nu.* *
6.*verſic.dicendũ,lib.*1. ſecus,ſi condemnatio ſit facta ad fauorẽ pri-
uati etiam ex maleficio ; quia tunc non habet aliquam hypothe-
cã.Caſtr.*conſ.*68.*In quæſtione,verſic.ſuper altera.lib.*1.plene Neguſ.*de*
*pignor.in 2.part.n* 114.*& ſeq.memb.*4. vbi , quod habens fiſcũ habet
hypothecã,ſi ex cõceſſione,vel quia ſuperiorẽ non recognoſcit,
ꝙ declarat in condemnatione poſt ſententiam,ſecus ante. Vide, ☞
*Fiſcus habet multa priuilegia.Cõcl.*383.† Et quod fiſcus pari paſſũ am- 18
bulet cum dote.Neguſ.*de pignor.part.*2.*memb.*4.*n.*108. & in ante-
cedentibus de dote loquutus eſt;ideo vide priuilegia dotis,& ac-
commoda fiſco. Alex.*conſ.*104.*Plura,in fi.lib.6.*vbi,quod qui prior
eſt,præfertur in tacita inter dotẽ,& fiſcum. † Contrarium Alex. 19
*conſ.*58.*n.*5.*lib.*7.vbi fiſcus nõ præfertur habenti tacitam anterio-
rem,etiam ſi ſit fiſcus.† Extende;quia ſi fiſcus habet hypothecata 20
bona publicani,& etiam fructus,& pecunias per eum depoſitatas
penes nummulariũ , quæ ſi conſumptæ ſunt à nummulario , ipſe
tenetur fiſco vtili actione, in quantũ factus eſt locupletior. Bald.
*conſ.*252.*Ordo rei geſtæ,ante med.ver.publicanus poſtquam. lib.*3. Vide, ☞
*Pecunia quando,& qualiter recipiat hypothecam, vel non.* *Concluſ.*201.
† Reſtringe; quia Cõmunitates inferiores , quæ non habent fi- 21
ſcum,non habent hypothecata bona delinquentis, & furis;ſecus
ſi eſt Communitas habens fiſcum. Caſtr.*d.conſil.*68.*verſ.ſuper alte-*
*ra.lib.*1.& quod Communitas non habeat tacitam hypothecam,
eſt text.in *l.2.C.de iur.reip.lib.*11. Alexan.*d.conſ.*104.*in fin.lib.*6. vbi
apoſtill.† Reſtringe in curia Epiſcopi , vel contrahente cum Epi- 22
ſcopo. Neguſ.vbi ſup.*n.*122. † Declara;quia Communitates,ſiue 23
habeant fiſcum , ſiue non, non habent priuilegium tacitæ hypo-
thecæ,prout Reſpublica Romanorum pro impreſtitis, & oneri-
bus imponendis ; ſed tamen Communitas Florentiæ hoc priui-
legium habet non iure communi , ſed in vim particularis conſti-
tutionis factæ de hoc , quod hypothecata ſint omnia bona pro
impreſtantiis, quæ conſtitutio cum non loquatur de habente iu-
ra ceſſa à fiſco Florentiæ,tale priuilegium non competit ſoluenti
onera pro alio,plene Rom.*conſ.*111.*Viſo puncto,in princip.& per tot.*
vbi apoſtill.in *verb.hypothecæ.* † Amplia;quia alimentandus habet 24
hypothecata bona deſignata pro alimentis.Bartol.*conſil.*211.*Qui-*
*dam filios.num.*4.*lib.*1.Bald.*conſil.*182. *Caſus talis eſt.nu.2.verſicu.ter-*
*tio probatur,lib.*5. Roman.*conſil.*388.*In caſu propoſiti thematis. num.*3.
vbi dicit * communem. Vide, *Alimenta habent multa ſpecialia,* ☞
*& priuilegia. Concluſione* 286. † Et bona mariti ſunt obligata *
vxori tacite pro alimentis , ad quæ tenetur. Neguſan. *de pignor.* 25
*parte 2.membro 4.nu.47.& ſequent.* vbi , quod non conſideratur
quantitas dotis , ſed actio dotis. † Contrarium,quod alimen- 26
ta non habeant tacitam hypothecam ; quia non reperitur iure
cautum. Neguſan. *part.2.membro 4. num.* 164. *verſic.ego puto.* vbi,
quod Doctor. qui loquuntur in alimentis , loquuntur , quando
aderat dictio , *ſuper*,quod hoc operatur. † Amplia;quia onera, 27
& præſtantiæ, & alia ſubſidia impoſita à fiſco , vel Communi-
tate habente iura fiſcalia , habent hypothecata bona , ſuper qui-
bus imponuntur. Angel. *conſil.*205. *Inter ordinamenta , in princip.*
plene Neguſan. *de pignorib. part. 2. membr.4.num.*125. *verſ.decimus*
*caſus*,vbi loquitur in collectis,vide infra *num.*48.*& ſeq.*† Declara; 28
quia ſi onera ſunt ordinaria , habent hypothecam anteriorem,
quæ præfertur omnibus ; ſi vero ſunt extraordinaria, ſecus; quia
à diſtributionis factæ hypotheca procedit , vt per Soc. *conſil.*243.
*lib.*2. Alexand.*conſil.*78.*num.*5.*lib.*6.Corne.*conſil.*217. *num.* 8. *lib.*2.

29 Dec.*conſ*.156.*col*.2.†Amplia;quia legitima filii habet priuilegium à lege,quod omnia bona patris ſunt hypothecata,quod procedit etiã pro ſupplemento legitimæ.Fulgoſ.*conſil*.83.*Bona curſus.colu*.3. *verſic.illud poſtremo*.vbi late hoc comprobat ratione; quia ſicut extraneus pro re legata; ita filius pro re, quæ debuit legari etiam titulo honorabili,habet hypothecã.Bald.*conſ*.171. *Condemn.fuit lib*. 1.Aret.*conſ*.156.*Diligenter,col.penult.in princ*.Picus in *l.in quartam.n*. 117.*ff.ad leg.Falcid*.qui dicit,quod Alexan.qui contrarium tenuit, errauit.Bald.in *l.filium quem habentem.C.famil. herciſcund.col*.10.*nu*.
30 28.†Contrarium tenet Alexan.in *d.l.in quartam,col*.7.*nu*.15.*&* 16. *verſic.confirmo.ff.ad leg.Falcid*. dicens non reperiri iure cautũ. Rip.
* ibi eum ſequitur,& cõmunem *atteſtatur idem Alexan.*conſil*.58.
* *Clariſsime.colu.fin.lib*.3.vbi dicit *communem,& *conſ*.112.*Viſo titulo inſtitutionis.nu*.18.*lib*.6.*& conſ*.154.*n*.13.*&* 14.*lib*.7.late Dec.*conſ*.235. *In caſu.col*.4.vbi plura adducit,& contraria tollit Neguſ.*de pigno.in* 2.*par.in* 4.*memb.num*.212.*verſic*.24.*caſus*.Affl. *deciſ*.262. *Pater reliquit*.
31 Socin.*conſ*.180.*Diligenter,col*.2.*lib*.2.*verſic.ex qua concluſione*.†Et nõ competit retentio bonorum,ex quo datur propter hypothecam retentio.Socin.*dict.conſ*.180.*Diligenter,colu*.2.*verſ.ex qua concluſione*.
32 *lib*.2.†Imo ſententia, quæ dicit legitimam ſuper bonis competere,non habet exequutionem,tanquam contra ius:quia nõ poteſt dictio,*ſuper*,inducere hypothecam contra ius. Socin.*d.conſil*.180.
33 *lib*.2.†Declara igitur;quia pro legitima competit filio condictio ex lege contra hæredes patris, vt eſt caſus in §.*ceterum,in auth.vt*
* *cum de appell.cognoſc*. & ita *communiter firmant Doctor.in *d.l.in quartam.ff.ad leg.Falcid. & in l.ſuus quoque,in princip.ff.de hæred.inſtit*. quæ condictio ex lege eſt actio perſonalis, & nõ realis,vt notatur in *l.actionũ.ff.de action.& obligat.& in l.ſicut.C.de præſcript*.30.*vel* 40. *annor*.& de iure obligatio perſonalis non ſequitur poſſeſſorẽ rei. *l.fin.in fin*.& ibi Bart.*ff.de contrahend.empt*. & iſta eſt regula; ſed tñ quia iſta actio perſonalis videtur in rẽ ſcripta propter dominiũ bonorũ, quæ pro legitima debentur, & propterea fructus legitimæ à die mortis debentur. Alexan.*conſ*.127.*in fin.lib*.6.poſſet for-
34 te dici,quod ſit in rem ſcripta. † Et ita competit etiam pro legitima rei vendicatio filio contra tertios poſſeſſores, quando hæres non poſſidet tantum,quod ſufficiat pro legitima.Caſtr.*conſ*.204. *Super primo dubio,in princ.lib*.2.per text.in *l.ſancimus.§.repletionem.C. de inoffic.teſtament*. Caſtr.*conſ*.354.*& conſ*.356.*in fin.lib*.2. & plenius *conſil*.417.*Iſta domina,in fin.lib*.1. Vide, *Legitima qua actione petatur*.
35 *Concluſ*.192. † Declara,vt per Neguſ.*de pignor.in* 4.*membro ſecundæ partis,prope fi.verſicul. vigeſimus quartus caſus*, vbi declarat in ſupplemento legitimæ;quia videtur ex legato ſupplementi oriri hypotheca,alias dicit opinionem eſſe in controuerſia,allegat pro vtra-
* que parte,& dicit *veriorem,quod non cõpetat hypotheca. Vide plenius, *Legitima non habet hypothecam in bonis patris, & quando*
36 *ſecus.Concl*.203.† Amplia;quia legatarius habet tres actiones pro re immobili legata, videlicet rei vendicationẽ, hypothecariam, & perſonalem actionem.*l*.1.*C.commun.de leg*.Vide, *Legatarius habet*
37 *hypothecam,& multas actiones.Concl*.147. †Et quod bona teſtatoris pro legatis ſint tacite hypothecata,vide regulam per Neguſan.*de pignor.in* 2.*parte,membro* 4.*n*.157.*& ſeq*.vbi ampliat,& limitat mul-
38 tis modis. † Amplia; quia tutoris,& curatoris bona ſunt tacite hypothecata pupillo pro adminiſtratione;ideo etiam ſi tranſeant ad hæredem,vel alium,tranſeunt cũ hypotheca.Fulgoſ.*conſ*.178. *Titius dum ageret,in fi*.plene Neguſ. in *tractat. de pign.in* 2.*part.princ. memb*.4.*nu*.7.*& ſeq*. vbi idem in tutoribus.& curatoribus,& protutoribus,& procuratoribus; ſecus in actore dato à iudice ad li-
39 tes.†Idem in patre male adminiſtrante bona filii, in quibus non
40 habet vſumfructum.Neguſ.*dict*.2.*part.memb*.3.*nu*.13.*& ſeq*.† Amplia;quia penſionarius habet hypothecatos fructus beneficii,ſuper quib⁹ eſt penſio reſeruata.Rom.*d.conſ*.388.ſequuntur Neguſ. *de pign.part*.2.*memb*.4.*n*.164.Gig.*de penſ.quæſt*.51.Rot.vt per Caputaq.*lib*.2.*deciſ*.302.Vide,Dictio,*ſuper*, quid importet. *Concluſ*.383.
41 †Contrarium,Caſtr.*conſ*.339.*Quia exceptiones.n*.4.*lib*.1. †Extende
42 maxime,quando eſt reſeruata cum clauſula;*vt commodius ſuſtentari valeat*;quo caſu eſt loco alimentorum.Gig.*dict.quæſt*.51.*num*.20.&
* tunc ſine difficultate habet tacitam hypothecam ſecundum *cõ-
43 munem,de qua Roman.*d.conſ*.388.*n*.3.† Amplia;quia habens facultatem capiendi rem propria authoritate dicitur habere hypothecatam rem,quam poteſt capere.Barto.in *l.creditor. C.de pignor*. Caputaq.in *manuſcrip.deciſ*.68.*lib*.2.Alex.*conſil*.2.*Ex narratis,nu*.11. *verſic.eodem modo.lib*.4.vbi apoſtil.in *ver.hypothecata*, dat concord.
44 †Extende in licentia data per iudicem;quia licet poſſit dare hanc licentiam parti ingrediendi propria authoritate, ſecundum ma-
* gis *cõmunem;tamen non inducitur hypotheca,ſeu pignus pre-
45 torium.Alexan.*conſ*.2.*n*.10.*verſic.& iudex poteſt*. Vide†viginti tres caſus,in quibus reſultat tacita hypotheca,de quibus plene Neg. in 4.*memb*.2.*part.per tot*. Vide alios caſus in *ver.Hypothecarius creditor prior præfertur poſteriori, & quando ſecus.Concl*.129. † Declara; 46
quia quod dicitur licentiã ingrediendi propria authoritate bona debitoris inducere hypothecam,illud eſt in fauorem creditoris,non ſic in alio,qui nõ eſt debitor,qui ſi dat licentiã, puta, Dominus feudi dat licentiam creditori ſui feudatarii, vt ingrediatur poſſeſſionem bonorum feudalium pro futuris creditis,nõ inducit hypothecam pro præteritis,quæ ignorat,etiam ſi vaſallus primo bona feudalia obligaſſet.Alex.plene *d.conſ*.2.*Ex narratis,nu*.8. *& ſeq.verſ.quinto probatur,lib*.5.†Reſtringe;quia licẽtia ingredien- 47
di ex vna quantitate non inducit hypothecã ex alia diuerſa, licet inter eoſdem;item ex vna cauſa non includit aliam;item generaliter data ad cauſas expreſſas reſtringitur, neque ad ignoratas extenditur; itẽ data pro futuris non includit præterita, neq; è conuerſo. Alex.*d.conſ*.2.*n*.11.*& ſeq.verſ.eodem modo,lib*.2.† Amplia;quia 48
tributa,& collectæ, vt ſoluantur, habent tacitam hypothecam.*l*. 1.*C.ſi propter public.penſit.l*.1.*C.in quibus cauſ.pigno.tac.contrah*.Ægid. Thom.in *princ.ſui tractat.de coll.ct*.Neguſ.*de pign.in* 2.*parte princip.in* 4.*memb.n*.125.& decimæ Florentiæ ſunt onera realia. Bart.Areti. Alex.& Iaſ.in *l.apud Iulianum.§.hæres.ff.de leg*.1.vbi Caſtr.Soci.*conſ*. 243.*col*.2.*lib*.2.Bald in *l*.1.*§.quod ſi nemo,col*.4.*ff.quod cuiuſque vniuerſ*. Vide, *Hypothecarius creditor poſterior quandoque præfertur priori. Concl*. 131.†Declara tamen;quia vnum prędium non eſt obligatum pro 49
alio,gloſ.Bald.& Caſtr.*d.l*.1.*C.ſi propter public.penſit*.Cyn.&Petr.in *dict.l*.1.*C.in quibus cauſ.pign.tacit.contr*. † Extende,etiam ſi ſint ſup- 50
poſita fideicommiſſo,late Neguſ.*de pign.in* 4.*memb.ſecundæ partis, nu*.125.*verſic.decimus caſus,& verſ.ſeq*.& poteſt res ſubiecta pro oneribus alienari.*l.pen.cum ibi not.ff.de reſcindend.vend*.quia teſtator nõ poteſt præiudicare fiſco.Bald.in *l*.2.*in fi.C.ſi aduerſ.vend*.†Imo ter- 51
tius ſoluens onera pro grauato reſtituere per fideicõmiſſum poteſt repetere ſolutum non ſolum ab eo, ſed etiam ab ipſis bonis; quia huiuſmodi onera magis reſpiciunt rem, quam perſonã grauati; imponuntur enim perſonæ ꝓ rebus, & cauſa finalis eſt ipſa res.*l.reſcripto.§.fin*. & ibi gloſſ. *ff.de muner.& honor*. Bald.in *l.vnica, col*.6.*n*.43.44.*C.de ſent.quæ pro eo,quod intereſt*,Pet.de Vbal.*tractat.de collect.n*.75 *in fin*. vbi, quod ſoluens repetit actione negotiorũ geſtorum,& ſi debitor recuſat, poteſt ſibi facere adiudicare bona in ſubſidium.Aret.*conſ*.105.*In cauſa magnifici*.Crauet.*conſ*.217.*col*.3.*in fi*.†Extende, vt procedat hypotheca, ſiue bona ſint accataſtrata, 52
ſiue non.Dec.*conſ*.285.Bald.in *l.ſi negocium.C.de neg.geſt*.Petr.de Vbald.*d.tract.de collect.n*.75.†Reſtringe in collectis,quæ imponun- 53
tur perſonæ pro rebus. Vide, *Onera, & impoſitiones habent multa priuilegia & ſpecialia.Concl*.135.†Reſtringe in balzellis;quia impo- 54
nuntur perſonæ pro rebus;ideo non ſunt bona obligata,& ſaltẽ à die impoſitionis. Aretin.*d.conſil*.105.*In cauſa Magnifici*. †Videtamen 55
pro grauedinibus realibus ordinariis, vel extraordinariis, quæ imponuntur perſonis pro rebus, à quo tempore incipiat. Caſt.in *l.Imperatores.ff.de public*.Doct.in *l.apud Iulianum.§.ſi ſi.ff.de legat*.1.Ruin.*conſil*.117.*lib*.4. † Amplia;quia inducta & illata in præ- 56
dio vrbano ſunt tacite hypothecata, ſiue Dominus ſciat,ſiue nõ, in ruſtico prædio ita demum, ſi Dominus ſciat, & vtroque caſu requiritur, quod eo animo inducantur, vt ibi ſint permanſura, durante locatione,&in illis præfertur locator,etiã ſi ſit poſterior. Neguſ.*de pignor.in* 2.*part.princ*.4.*memb.n*.128.*vſque ad* 155.vbi ponit regulam cum octo ampliationibus, & nouem limitationibus. †Declara, extende, & limita, vt per Neguſ.*de pignor*.2.*part.in* 4. 57
*memb.n*.128.*& ſeq.vſque ad n*.155.vbi ponit 8.ampliat. & 9. limitat. quas vide. † Reſtringe;quia bona etiam inducta, & illata, & in 58
domo conſeruata,ſunt obligata pro penſione domus,in tantum, quod Dominus in eis præfertur anterioribus,quod intellige pro penſione neceſſaria ad domum pro conſeruatione rerum cuſtoditarum:ſecus pro penſione totius domus habitatæ, ita Bart.in *l. interdum.n*.2.*verſic nota etiam ff.qui pot.in pignor*. Iaſ.in *§.item Seruiana,n*.60.*Inſtit.de actio*.Neguſ.in *tract.de pign.in* 2. *parte in* 4.*memb.n*. 141.†Reſtringe; quia venalia, & ibi non permanſura nõ ſunt hy- 59
pothecata,licet illata.Rui.*conſ*.112.*n*.4.*lib*.5. Vide, *Locator habet bona inducta,& illata hypothecata.Concl*.428.† Amplia;quia mariti bo- 60
na ſunt tacite obligata vxori pro fructibus, & bonis paraphernalibus à die adminiſtrationis mariti.Doct.in *l.fin. C.de pact.conuent*. Neguſ.*de pignor.in* 2.*parte,in* 4.*memb.n*.63.*& ſeq*.late Socin.*conſ*.82. *In cauſa vertente,in* 4.*&* 5.*col.lib*.4. † Amplia; quia Florentiæ liber 61
debitoris,in quo deſcripſit ſe debitorẽ talis, à die deſcriptæ partitæ habet tacitam hypothecam, quando illa partita authoritate magiſtratus fuit deſcripta, & ſeu tranſumptata, vt diſponit ſtatutum fori mercatorum, *lib*.4.*rubr*.13.ſuper quo conſuluit Soci.*conſil*.240.*lib*.2.Neguſ.*de pign.in* 5.*parte in* 2.*memb.n*.49.*& ſeq*.vbi,quod licet tranſumptatio partitæ inducat hypothecam;tamẽ inducitur

non

62 non à die tranſumptationis, ſed ſcriptæ partitæ ad librum. † Sta-
tutum, & decretum Principis poteſt inducere tacitã hypothecã,
imo ſi inducit hypothecã, ac ſi eſſet in inſtrumento publico, cen-
ſetur inducta expreſſa hypotheca per adæquationem. Alex. *conſil.*
63 58. *In cauſa mota, n.5. & ſeq. ver. præterea ex diſpoſitione. lib.7.* † Amplia;
quia emptum ex pecunia pupilli remanet pupillo hypothecatum
ex ſpeciali priuilegio, ita quod in re illa præfertur aliis etiã priori-
bus creditoribus. Pariſ. *conſ.* 80. *n.* 17. & 18. *lib.* 2. Neguſ. *de pignor. in*
64 *2. parte princ. memb. 4. n.* 163. † Amplia; quia pignus prætoriũ indu-
cit hypothecã, vt detur auocatio rei alienatæ poſt pignus. Caſtr.
65 *conſ. 68. circa fi. ver. dico ergo lib.* 1. † Amplia; quia mater tranſiens ad
ſecũda vota dicitur hypothecare bona ſua filiis primi matrimo-
nii. Neguſ. *d. tract. de pign. in 2. p. memb. 4. n.* 20. & idem dicit in patre
66 *n.22.* † Amplia; quia decimæ, quæ ſoluuntur Eccleſiæ, habent ta-
67 citam hypothecã. Neguſ. vbi ſup. *nu.* 126. *ver. vndecimus.* † Amplia;
quia annata, quæ ſoluitur Papæ, & Collegio Cardinalium, habet
tacitam hypothecã ratione communionis, ſicut Auguſta habet
iura fiſci, & Cæſaris priuilegia. *l. fiſcus. in fi.* vbi gl. in *ver. priuilegio. ff.*
*de iure fiſci.* eo quia Collegium Cardd. participat priuilegia cũ Pa-
pa, ſicut Auguſta cum Cæſare. Anchar. *conſ. 295. n. 6. &* 8. vide ple-
68 nam informationem, quam feci in hoc. † Amplia; quia miſſus ex
primo decreto in poſſeſſionem, ſi cecidit ab ea, habet ius in re, &
ſic pignus prætorium, & competit ſibi hypothecaria. *l. 2. C. de pact.*
*pign. l. non eſt mirum. ff. de pign. actio.* quia poteſt offerre tertio poſſeſ-
ſori; & impetrare ceſſionem iurium creditor in perſonali, poſt-
quam habuit à prætore tenutam iudicialem. Vide, *Miſſio in poſſeſ-*
*ſionem vnius creditoris quando operetur miſſionem omnium, vel non. Con-*
*cluſ.* 282. Vide, *Tenuta, ſeu miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto de faci-*
69 *li concedenda. Concl.* 43. † Extende; quia ex ſententia non oritur hy-
potheca, ſed ſolum actio perſonalis. Rip. in *l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Tre-*
*bell.* Bero. *conſ. 62. n. 26. lib.* 3. ſed bene oritur hypotheca ex miſſione
in poſſeſſionẽ, & ſic in exequutione ſententiæ; quia oritur pignus
iudiciale, vel prętorium tam de iure cõmuni, quam ex forma ſta-
tuti Florentiæ, Rota Florentina in motiuis die 1. Febr. 1534. inci-
pit, *In cauſa dationis in ſolutum,* vbi, ꝙ ſi duo ſint creditores in per-
ſonali, & primus obtinuerit ſententiã, poſtea ſecundus creditor
pariter obtineat ſententiã poſteriorẽ, ſed primo habuit exequu-
tionem, præferri debet primo creditori in perſonali, licet primo
70 obtinuerit ſententiã. † Amplia; quia bona vitrici ſunt tacite hy-
pothecata pro filiis primi matrimonii, quorum matrem deſpon-
ſauit. Neguſ. *d. tract. de pign. 2. parte, memb. 4. n. 156. verſic. quartus deci-*
71 *mus.* † Limita; quia tacita hypotheca non habet locum in caſi-
bus non expreſſis. Neguſ. *de pig. par. 2. memb. 4. nu.* 122. & plenius *nu.*
164. *verſ. ego puto,* vbi, quod caſus non expreſſus non includitur in
tacita hypotheca. Alexan. *conſ. 104. Plura ſuper ijs, in fin. lib. 6.* vbi, ꝙ
Eccleſia, & Epiſcopatus non habet tacitam hypothecam, ſicuti
neque Ciuitas, eſt text. in *l. ſimile. ff. ad. municip.* per quem text. ita
72 Bald. in *rubric. C. de iur. fiſc. in princ.* † Limita; quia Ciuitas non habet
tacitam hypothecam *l. ſimile. ff. ad munic. l. 2. C. de iure Reip. lib.* 11. &
quod nulla Communitas, vel ciuitas præter fiſcum habeat tacitã
hypothecam. Roman. *conſ. 508. n.* 4. vbi apoſtil. in *verb. præter fiſcũ.*
73 Alex. *d. conſ. 104. Plura in fi. lib. 6.* † Idem in Epiſcopo Bald. *d. rubr. C.*
74 *de iur. fiſc. in fi.* ſequitur Neguſ. *d. tract. p. 2. memb. 4. nu.* 122. † Idem in
Eccleſia; quia æquiparatur Communitati, & ciuitati, non fiſco;
ideo non habet tacitam hypothecam. Alex. *d. conſ. 104. in fin. lib. 6.*
75 vbi apoſtil. in *ver. ciuitas,* dat concord. † Declara, niſi Ciuitates, &
Epiſcopi, aut populi haberent merum & mixtum imperium ex
76 priuilegio, vel eſſent liberi. Neguſ. *de pign. p. 2. in 4. mẽb. n.* 114. † De-
clara; quia canon, qui ſoluitur pro re emphyteutica Eccleſiæ, an
* habeat hypothecam, res eſt controuerſa, vt per Neguſ. *de pign. in*
*2. p. in 4. memb. n.* 127. vbi dicit veriorem, * quod non. Vide plenius
per Neguſ. *de pign. in 2. p. princ. in 4. memb.* vbi, quod iſta tacita hypo-
theca introducta à lege, vel ſtatuto dicitur expreſſa, & ibi ponit
caſus 23. in quibus tacita legalis hypotheca inducitur, & ſingu-
los fere caſus declarat, ampliat, & limitat, vide eum omnino.

## Hypotheca in contractu operatur multa. Concl. 119.

1 HYPOTHECA † in locatione operatur, quod locatio non rum-
pitur per venditionem rei locatæ, ſed emptor tenetur ſtare
locationi, qui non teneretur, ceſſante hypotheca., Vide, *Locator,*
*& ſucceſſor quando teneatur præciſe ſtare locationi. Concluſ.* 420. Vide,
2 *Emptor excipit, & vtitur iuribus venditoris per omnia. Concl.* 131. † Exten-
de; quia inter creditores is, qui habet hypothecam priorem, præ-
fertur non habenti etiam anteriori, vel etiam habenti poſteriori.
3 *cap. qui prior* & ibid. Dd. *de reg. iur. lib. 6.* † Amplia; q̃a operatur, ꝙ nõ
poteſt res donata alienari, & ſi alienetur, poteſt per hypotheca-
riam & retineri, & auocari, Ruin. *conſ. 180. n. 17. & ſeq. lib.* 1. † Am- 4
plia; quia hypotheca operatur, quod habens bona hypothecata
poteſt eligere, quam rem velit alienari pro ſuo credito, & ſic ha-
bet electionem bonorum. Alex. *conſ. 117. Viſo titulo. n. 21. verſic. non*
*enim reperitur, lib. 6.* vbi, quod propterea filius non eligit bona, in
quibus velit legitimam; quia non habet hypohecam, ſed arbitrio
iudicis remittitur, vt de mediocribus eligat. Vide, *Creditor habet*
*electionem circa multa contra debitorem. Concluſ.* 1069. Vide *Concluſ.*
*prox. præced.* † Amplia; quia hypotheca dat prælationem, & actio- 5
nem ad rem hypothecatam, & retentionem. Vide plene per Ne-
guſ. *tract. de pign. in 5. par. princ. in 1. memb. n. 14. & ſeq.* vbi, quando re-
trotrahatur, vel non. † Amplia, vt ſupra, *Hypotheca eſt realis actio, &* 6
*operatur multa. Concl.* 111. † Limita; quia hypotheca poſita in fine 7
contractus, donationis, vel ceſſionis, aut alterius cõtractus, licet
operetur quoad obſeruantiam contractus; non tamen appoſita
cenſetur contractui præcedenti; ideo quoad contractum tanquã
acceſſoria non auget, neque alterat contractum, licet contra hy-
pothecantem detur actio pro intereſſe, ſi contraueniat. Signor.
*conſ. 217. n. 21. ver. non obſtat, vſque in fin.* † Declara, niſi donatio eſſet 8
ſub conditione, vel ſine traditione; quia ex quo dominiũ bono-
rum donatorum eſt penes donantem, obligatio generalis com-
prehendit bona donata, & præfertur ſecundo donatario, vt per
Iaſ. in *l. quoties. C. de rei vendic.* Vide Neguſ. *dict. tract. de pignor. part. 3.*
*princip. memb.* 1. vbi tractat de pignore, & hypotheca conuentio-
nali, & per quos poſſit fieri, vel non, & quis ſit effectus habentis
pignus, & quæ remedia poſſit intentare, vel non, & de multiplici
pignore conuentionali prætorio, & iudiciali, Vide, *Pignus conuen-*
*tionale quomodo conſtituatur. Conclu. 344. cum duabus Concluſ.* ibi *prox.*
*ſeqq.*

## Hypotheca minor eſt, quam fideiuſſio, & pignus. Concl. 120.

HYPOTHECAM † habere minus eſt, quam fideiuſſorem, & fi- 1
deiuſſorem minus eſt, quam habere pignus, & conſequen-
ter melius eſt habere pignus, quam hypothecam. Oldrad. *cõſ.* 68.
vbi multa ſimilia. † Et ideo obligatus fideiubere, prout eſt vſura- 2
rius manifeſtus, volens teſtari, non liberatur, nec habilitatur, li-
cet hypothecet omnia bona; quia debet dare fideiuſſores, vel pi-
gnora cum effectu, alias non valet teſtamentum. Calderin. *conſil.*
515. alias 17. *de vſur.* † Limita; quia ſicuti fideiuſſio dicitur acceſſo- 3
ria ad principalem obligationem; & ideo non tenetur fideiuſſor
ex augmento, quod fieret propter moram, vel contumaciam
principalis; ita etiam hypotheca bonorum dicitur acceſſoria ad
obligationem perſonalem; ideo ſi quis hypothecauit bona ſua
pro penſione locationis, licet augeatur ex mora, vel contumacia,
non erit locus hypothecæ quoad augmentum. Roman. plene *cõ-*
*ſil. 507. In caſu propoſitæ, per tot.* vbi, quod valet argumentum de fi-
deiuſſione ad hypothecam, & contra, & apoſtill. ibi dat concord.
Vide Neguſ. *tract. de pigno. & hypoth. par. 5. princip. memb. 1. in princ. &*
*n. 10. & ſeq.* vbi an extendatur ad acceſſoria, & fructus. Vide, *Fide-*
*iuſſor pro principali ſorte non comprehendit acceſſoria, & quando ſecus.*
*Concluſ.* 324.

## Hypotheca non cadit in re propria hypothecantis ad ſui fauorem, & ſecus. Concl. 121.

RES † mea non poteſt mihi eſſe hypothecata. *l. neque pignus. ff. de* 1
*reg. iur.* Bald. *conſ. 453. Ad intelligentiam, n. 7. verſ. prima quia, lib. 5.*
*l. ex ſextante. §. Latinus. ff. de except. rei iud.* Roman. *conſ. 416. Pro diluci-*
*datione, in fin.* † Extende, quod dicitur de hypotheca, idem ſit de 2
pignore; quia dominium ſuperueniens creditori in re pignorata
confundit pignus. *l. ſi rem alienam. ff. de pign. act.* Roma. *d. conſ. 416. in*
*fi.* † Amplia; quia res mea, cuius dominium habeo, non poteſt re- 3
tineri per me in pignus regulariter, & communiter. Dyn. *conſ. 1. in*
*fi. n. 14. ver. & ſi dicatur.* † Amplia; quia ſoluitur hypotheca, ſi res 4
hypothecata efficiatur creditoris hypothecarii, ſiue ex legato, ſi-
ue ex donato, vel alias; quia ſi res deuenit ad eũ caſum, à quo inci-
pere non poteſt, vitiatur. Dyn. *conſil. 30. Super quæſt. præmiſſa, in prin-*
*cip.* † Extende; quia offerens ſe, & bona ſua Hoſpitali, vel Mona- 5
ſterio, licet obliget dicta bona oblata Hoſpitali, vel Monaſterio;
tamen tenetur Hoſpitale, vel monaſterium ſatisfacere creditori-
bus in perſonali; quia eſt ſucceſſor vniuerſalis, & quia hypothe-
ca non poteſt ſtare in re propria. Rom. *d. conſ. 416. Pro dilucidatione,*
*circa fin. verſ. non autem, vſque in fin.* † Extende, vt procedat, etiam 6
ſi aduerſarius, contra quem hypothecarius prætenſus agit, faſ-
ſus eſſet hypothecam cõpetere; quia ignorauit dominium fuiſſe
acquiſitũ creditori; quia error iuris cauſatus ab errore facti non

7 nocet. Dynus *dict. conſ. 30. n. 4. verſic. tamen contra.* † Amplia; quia in
dubio quando legatum poteſt interpretari, vt importet proprie-
tatem, & vſumfructum ſimul, vel vſumfructum tantum, ſi obli-
gatur res legatario, non eſt legata proprietas. Io. de Anan. *conſ. 29.*
8 *in fi.* † Limita, quando dominium eſt reuocabile, ſeu tempore du-
raturum, puta, quia res reſtitutioni ſubiacet; quia tunc poteſt eſſe
hypothecata ei, qui debet reſtituere. Bald. *conſil. 167. Titius vendidit.*
*n. 2. ver. nec obſtat, lib. 1.* Ang. *conſ. 208. Andreas Signini. in fi. verſ. contra-*
*rium credo.* Neguſ. in *tract. de pignor. in 1. memb. 5. partis. n. 52.* Bart. *in l.*
*debitor. ff. ad Trebell.* late Affl. *deciſ. 237.* vbi explicat, plene Neguſ. *de*
☞ *pign. in 4. memb. 5. partis, n. 4. verſ. & non obſtat.* Vide, *Hypotheca an per*
9 *emptionem rei hypothecatæ cenſeatur remiſſa, vel non. Concl. 136.* † Exten-
de, quando res mea eſt aliquo reſpectu, non ſimpliciter. Bart. in *l.*
*Iulianus. §. offerri. ver. oppo. de § ſi res. ff. de action. empti.* Negu. *in 4. mem-*
*bro quintæ partis principal. n. 4. verſic. & non obſtat.* Capic. *deciſ. 42. nu. 5.*
10 *verſic. non obſtat.* † Extende, quando dominium non eſt irreuoca-
bile, prout in fideicommiſſo inter viuos; quia ſi res reperitur pe-
nes grauatum, poteſt vendicari, & ſi fuit alienata, valet alienatio,
vt late concludit Simon de Prætis *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 1.*
*fol. 345.* Nam tunc poteſt res obligari fideicommiſſo, & valet hy-
potheca, quæ inducit retentionem, vel prohibitionem, ne poſſit
☞ alienari. Vide, *Dominium an poſſit prohiberi transferri, & quando. Con-*
11 *cluſ. 612.* † Extende generaliter, quando dominium non eſt ple-
num, neq; irreuocabile penes eum, ad cuius commodum ſit hy-
potheca. Iaſ. late in *§. ſic itaque n. 16. & ſeq. Inſtit. de actio.* Dec. in *l. neq;*
*pignus. ff. de regul. iur.* & ibi ponit Iaſ. ad materiam quinque limita-
tiones, & totidem ponit Socin. in *regul. Dominus.* & tres ponit Fe-
lin. in *cap. inter dilectos, n. 17. de fide inſtrum.* Cagnol. *d. l. neque pignus. ff.*
12 *de regul. iur. in princ.* † Extende; quia ſi res mihi & alteri obligata
efficiatur mea, vt quia ſum hæres debitoris, hypotheca mea du-
rat, etiam poſtquam res eſt effecta mea, ex quo adeſt alia hypo-
theca, per quam poſſet res mea per hypothecariam alterius au-
ferri à me, & ſic ſufficit, quod dominium meum non eſt liberum,
iſta fuit opinio Cyn. & aliorum, quã aduerſus Alexan. tuetur Ne-
guſ. *de pignor. in 1. memb. 5. partis n. 52. & ſeq. ver. & prædicta,* vnde con-
* ſtituit plures caſus, & *nu. 55. in fi.* dicit opinionem Cyn. eſſe * com-
13 munem. † Primus; quia licet actio perſonalis extinguatur, quan-
do creditor efficitur hæres debitoris; non tamen extinguitur hy-
potheca. Neguſ. *d. tract. de pignor. in 1. memb. 5. partis. nu. 53. verſ. primus*
14 *ergo.* † Secundus caſus; quia ſi creditor efficitur per aditionem ir-
reuocabiliter Dominus rei hypothecatæ, ſoluitur hypotheca.
15 Neguſ. vbi ſupra *nu. 53. ver. ſecundus caſus.* † Tertius caſus; quia ſi ha-
beo hypothecam in re mei debitoris, cui ſucceſſi hæres, ſi illa res
poſſidetur à tertio, durat hypotheca, & contra poſſeſſorem poſ-
ſum agere hypothecaria; ſed ſi ille tertius habet hypothecam
ſuam à defuncto, cui ſucceſſi, repellit me; quia teneor habere ra-
tum; item quia quem de iure tenet actio, &c. Neguſ. *d. 1. memb. nu.*
16 *53. ver. tertius caſus.* † Quartus caſus, quando hæres eſt Dominus
rei, quam hypothecauerat ſibi defunctus, & tertius non à defun-
cto, ſed à tertio habet eandem hypothecam in eadem re; quia
tunc non ceſſat hypotheca hæredis in re ſua. Neguſ. *d. membr. 1. 5.*
17 *par. n. 53. ver. quartus caſus.* † Quintus etiam caſus, quando creditor
primus eſt hæres defuncti, & res hypothecata eſt in hæreditate,
18 vide eundem *n. 53.* † Limita fauore dotis. Bald. Nouel. *tract. de dot.*
19 *par. 8. priuil. 35.* † Limita; quia fideicommiſſarius, cui facta eſt reſti-
tutio verbalis, licet ſit Dominus; quia tamen non habet domi-
nium plenum ante effectualem reſtitutionem, poteſt agere hy-
pothecaria contra grauatum reſtituere; quia dominium rei non
eſt plenum penes eum; ſecus, ſi eſſet facta plena, & realis reſtitu-
tio; quia tunc non poſſet habere hypothecam, plene Neguſ. *de*
*pign. in 4. memb. 5. part. n. 4.* & plenius in *3. memb. 8. part. n. 4.* ſequitur
* Gabriel. *conſ. 46. n. 34. lib. 1.* vbi dicit * communem Cagnol. in *d. l.*
20 *neque pignus. ff. de reg. iur. in princ.* † Limita; quia ſi ego ſum debitor
Titii & ipſi hypothecaui omnia bona mea, & è conuerſo ipſe Ti-
tius pariter ſit mihi debitor, & mihi pariter hypothecauit omnia
ſua bona, nomen debitoris Titii contra me erit mihi hypotheca-
tum; quia licet reſpiciat mea bona quoad obligationem; tamen
illud nomen dicitur eſſe in bonis Titii; ideo mihi erit obligatum.
21 Soci. *conſ. 126. n. 3. lib. 1. ver. ſed adhuc reſtat.* † Limita, quando prima
cauſa dominii eſt dubia; quia tunc poteſt exerceri hypothecaria,
vt per Fel. *d. c. inter dilectos, n. 18. ver. tertio fallit, de fid. inſtr.* qui loqui-
tur in eiſdem terminis, quod res mea ex vna cauſa non poteſt ef-
fici mea ex alia cauſa, ſi mea eſt; ſecus, qñ prima cauſa eſt dubia.
22 Dec. in *d. l. neq; pignus, circa princ. ff. de reg. iur.* † Extẽde idem, quando
pinguius prouideretur ex ſecunda cauſa, & ſic ex hypotheca, quã
☞ ex dominio, ita Felin. *d. c. inter dilectos, n. 18. verſic. ſecundo fallit.* Vide,
*Seruitus in re propria eſſe non poteſt, & quando non valeat. Concl. 230.*

## Hypothecaria agens quid petere & concludere debeat, Concluſ. 122.

AGENS † hypothecaria debet concludere in libello declarari 1
rem ſibi obligatam reſtitui, ſicut agens rei vendicatione cõ-
cludit declarari ſe Dominum, & reſtitui. Bald. *conſ. 256. Viſa petitio-*
*ne, ver. ſecundo eſt conſiderandum. lib. 5.* Vide Bart. in *l. rem alienam,* vbi
Caſtr. *ff. de pignor. act.* † Et debet concludere quantitatem, pro qua 2
bona ſunt obligata, alias nulla eſt. Alex. *conſ. 108. Viſo proceſſu nu. 3.*
*lib. 5.* Neguſ. *de pign. in 8. p. in 3. memb. n. 26. in fi.* idem Alex. *conſ. 115. lib.*
*6.* † Et ex narratis in libello colligitur, quæ actio ſit intẽtata. Bald. 3
in *auth. ex cauſa. C. de Epiſ. & Cler.* † Et debet narrare rem ſibi obli- 4
gatam, & ad quam agit hypothecaria, fuiſſe in bonis, & dominio
directo, vel vtili obligantis, alias libellus eſt ineptus, & debet da-
ri abſolutoria ab obſeruatione iudicii. Alex. *conſ. 187. Viſo, ac dili-*
*genter, in princ. lib. 6.* † Amplia in tantum eſſe verum, vt ſi in libello 5
agens non deduxerit rem ſibi obligatam declarari ſibi reſtitui, &
quod fuerit in bonis, vel in poſſeſſione debitoris tempore obli-
gationis, vel poſt, non dicitur intentaſſe hypothecariam, ſed per-
ſonalem; ideo ſentẽtia lata in hypothecaria eſt nulla. Bald. *d. conſ.*
*256. in fi. verſ. cum ergo lib. 5.* † Extende; quia ſi creditor hypotheca- 6
rius fuit miſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris ex inepto
libello, non facta ſpecificatione actionis hypothecariæ, neque
mentione de hypotheca, & aliis neceſſariis, de facto eſt auocan-
da talis poſſeſſio nulliter data. Bald. *conſil. 329. Statuto Ciuitatis, per*
*tot. lib. 3.* † Amplia; quia licet actio non ſit exprimenda in libello; 7
tamen cauſa bene eſt exprimenda, quæ concludat ad petita. Cor-
ne. *conſil. 18. & conſil. 55. libro 3.* & concluſio eſt terminus libelli. Bal-
dus *dict. authentic. ex cauſa. C. de Epiſc. & Cleric.* Dec. *conſ. 28. & conſil.*
187. Vide, *Libellus non procedit ſine cauſa. Concl. 307.*

## Hypothecaria actio vt competat, quæ debeant probari, & contra quos detur, vel non. Concl. 123.

HYPOTHECARIA † agens contra tertium poſſeſſorem debet 1
plura probare, vt obtineat; nẽpe primo debet ꝓbare, ſuum
creditum ſubſiſtere; ſecundo, quod res ſit ſibi hypothecata ex pa-
cto, vel lege, tertio, quod ipſa res fuerit tempore obligationis in
bonis debitoris. Bald. *conſ. 36. Factum ſic ſe habere videtur, in princ. lib.*
*1. & conſ. 455. Factum ſic ſe habere videtur, lib. 5.* quarto debet probare,
quod conuentus hypothecaria poſſideat. Alexan. *conſ. 137. In cau-*
*ſa, & lite. n. 18. & ſeq. verſic. vltra prædicta, lib. 2.* † Probatio autem, q̄ 2
res fuerit in bonis obligantis, debet eſſe, quod probetur Domi-
nus directus, vel vtilis rei petitæ, vel quod habuerit aliquod ius
in ea, prout quaſi dominium, vel aliud, propter quod potuiſſet
auocare rem à poſſeſſore, vel per exceptionem ſe tueri, & non
ſufficit poſſeſſio decem, vel viginti annorum bona fide ſine titu-
lo. Caſtr. *conſ. 168. Viſo puncto, in princ. lib. 2. & conſ. 446. num. 2. lib. eod.*
Alexan. *d. conſ. 137. In cauſa, & lite, n. 20. & ſeq. verſ. ſecundum vero, lib.*
*2.* † Contrarium, quod imo ad docendum, quod bona fuerint in 3
bonis debitoris, ſufficiat actori agenti hypothecaria probare,
quod debitor obligauerit bona omnia, & quod poſſederit bona
fide dicta bona; quia ex quo omnis poſſeſſor præſumitur bonæ
fidei, niſi probetur contrarium, vel de antiquiori poſſeſſione, &
ex poſſeſſione cum bona fide probatur bona fuiſſe in bonis, ita
plene Alexand. *conſ. 112. Viſo quodam. n. 6. & ſequenti, verſic. item ſuffi-*
*cit. lib. 6.* vbi apoſtill. in *verb. poſſederit,* citat eundem Alexan. *conſ. 115.*
*eod. lib. 6.* vbi aliter diſtinguit Alexand videlicet, ſi tertius poſſeſſor
habet cauſam lucratiuam à debitore, ſint vera prædicta; ſi vero
habet cauſam oneroſam, debeat tunc probari plenius & de do-
minio, ſed apoſtill. ibi *dict. conſ. 115. lib. 6.* dicit, quod cauſa oneroſa,
vel lucratiua non releuat; ſed releuat, an tertius poſſeſſor ha-
beat iuſtum titulum ab alio, vel nulliter. vt primo caſu requira-
tur iuſtificatio tituli debitoris; ſecundo caſu ſufficiat poſſeſſio
antiquior debitoris. † Extende, vt procedat, etiam ſi res ſit effe- 4
cta de dominio hæredis filii ipſius obligantis, vt quia poſſederit
pro hærede 10. vel 20. annis, vel etiam 30. annis; quia non pro-
pterea bona hæredis efficiuntur hypothecata creditoribus defun-
cti, ita vt poſſint agere hypothecaria. *l. Paulus, in princ. ff. de pign.* ita
plene concludit Caſtr. *d. conſ. 168. colum. 1. in fin. & colum. 2. in princ.*
*verſic. nec obſtat, ſi dicatur, lib. 2.* † Extende; quia bona fuiſſe in 5
bonis debitoris, probatur ex diuiſione facta per filios ipſius de-
bitoris, in qua aſſerunt vel fatentur bona paterna. Ang. Aret.
*conſil. 68. Lancellottus, verſic. ſed clarum.* † Item debet ſpecificare 6
quantitatem ſui crediti, vt reus poſſit ſoluere, vel rem relaxa-
re, alias non procedit libellus. Alexander *conſil. 108. num. 3. lib. 5.*

† Et

7 †Et debet ante omnia agens hypothecaria probare hypothecam
ſibi conſtitutam. l. ante omnia, vbi Bald. & Salyc. ff. de probat. Specul.
in titul. de oblig. & ſolut. §. 1. col. fi. in princ. Pract. Papien. in forma lib. in
actione hypoth. verſ. ex memoratis, in princ. quia obligatio eſt mater a-
ctionis, l. licet §. ea obligatio. ff. de procur. & filia non naſcitur ſine ma-
8 tre. †Et quia obligatio eſt quid facti, factum autem nõ præſumi-
tur, niſi probetur. l. contrahitur. ff. de pigno. iuncta l. in bello. §. facta. ff. de
9 capt. & poſtl. & melius probat, l. 1. C. de probat. †Et de duobus, quod
agens hypothecaria debeat probare, ꝙ bona fuerint hypotheca-
ta, & ꝙ bona eſſent in bonis eius, qui fecit obligationẽ, tempore
obligationis. Bald. conſ. 255. In cauſa ſuper bonis, lib. 5. per tot. & conſil.
150. Caſus actualiter, in princ. verſi. capio primũ, lib. 2. & conſ. 455. in prin-
cip. lib. 5. Caſtr. conſ. 446. Ad primum quæſitũ, n. 2. ver. ad ſecundum, lib. 2.
10 †Imo, ꝙ agens hypothecaria contra tertiũ poſſeſſorẽ debeat po-
nere in libello, & probare bona fuiſſe in dominio directo, vel vti-
li obligantis, alias libellus dicitur ineptus. Vide infra n. 13. ver. De-
11 clara melius, cum ſeq. † Declara; quia qñ agitur cõtra eundẽ, qui ob-
ligauit bona, ſufficit docere de obligatione, & ꝙ tempore obliga-
tionis, vel poſtea poſſederit; quia ſufficit poſſeſſio debitoris. Bald.
conſ. 256. Viſa petitione, ver. ſi vero agitur, lib. 5. l. & quæ nondum. §. fi. ff. de
pignor. Bart. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. colu. 2. verſ. quæro circa iſtã
partem. Alexan. conſ. 138. in princ. lib. 2. Neguſ. tract. de pignor. in 8. part.
12 & in 3. membr. n. 6. †Imo, quod etiã debeat probare, quod debitor
tẽpore moti iudicii rem poſſideret. Neguſ. de pigno. in 3. mẽb. 8. part.
13 princ. n. 6. in fi. †Declara melius; quia ſi agitur cõtra eundẽ, qui ob-
ligauit rem, ſiquidẽ hypotheca eſt ſpecialis, debet probare, quod
tempore obligationis ſpecialis poſſideret. Neguſ. d. tract. de pignor.
memb. 3. in 6. par. princ. n. 8. vbi, quod etiã debet probare, quod tem-
14 pore moti iudicii poſſideat, ex quo actio eſt realis. † Si vero aga-
tur hypothecaria generali contra debitorẽ, debent duo probari;
primũ, quod ipſe poſſederit tẽpore obligationis, vel poſt; item ꝙ
15 tempore moti iudicii poſſideat, idẽ Neg. d. 3. memb. 8. par. n. 6. †In-
telligas tamen, quod licet non teneatur iſto caſu probare domi-
nium debitoris; quia præſumitur; tamen tenetur allegare ipſum
dominium, alias ſi non allegaret, ex ſola probatione poſſeſſionis
ſuccumberet, Negu. d. memb. 3. par. 8. n. 6. vbi, ꝙ eo caſu debitor nõ
audiretur volens allegare ſe non Dominũ; quia præſumitur. Ale-
16 xan. conſ. 137. In cauſa, & lite, n. 5. verſ. imo ſi etiã. lib. 2. †Differt autem
obligatio generalis à ſpeciali; quia nullo modo poteſt negare, ne-
que probare debitor ſe non Dominum, quando obligatio eſt ſpe-
cialis; ſi vero eſt generalis, bene poteſt probare, licet ſi non pro-
betur, præſumatur Dominus. Neguſ. d. tract. memb. 3. in 8. par. nu. 6.
17 verſ. illud autem. †Extende prædicta omnia procedere, etiam quã-
do debitor obligauit rẽ illius, qui poſtea fuit hæres debitoris: &
idẽ, ſi obligauit eandẽ rem hæredis nomine hæredis promitten-
do de rato; quia ſi poſtea fuit hęres, cõueniri poteſt, prout princi-
palis. Neguſ. d. tract. de pign. in 3. memb. 8. par. nu. 7. vbi, ꝙ ſi rem, quæ
nõ erat ſua, ſed hęredis, obligauit, an cõualidetur hypotheca hoc
18 caſu. †Quando vero agitur contra tertiũ poſſeſſorem, vel ſingu-
larem ſucceſſorẽ, qui haberent cauſam à debitore poſt obligatio-
nẽ, cõmunis eſt cõcluſio, & magis * cõmunis, quod debet proba-
ri poſſeſſio, & dominiũ debitoris, & hoc, ſiue tertius habeat à de-
bitore cauſam lucratiuã, ſiue oneroſam. Neguſ. d. tract. in 3. memb.
8. par. n. 8. & 9. vbi, quod ita practicatur. Bart. in l. rem alienã. ff. de rei
vendic. Alex. conſ. 115. lib. 6. dicit idẽ in eo, qui habet cauſam onero-
ſam ſine dubio, licet ſit aliqua controuerſia in eo, qui habet cau-
19 ſam lucratiuã †Contrariũ tenet Alex. conſ. 138. Lancellottus, in prin.
lib. 2. ꝙ eſt Ang. Aret. vbi vult, quod agenti contra tertiũ poſſeſſo-
rẽ habentẽ cauſam à debitore, ſiue ſit hæres vniuerſalis, ſiue ſuc-
ceſſor particularis, & ſiue ſit ex cauſa oneroſa, ſiue ex lucratiua,
ſufficit, ꝙ probet ille in hypothecaria, quod debitor poſſidebat
rem ipſam, tanquam ſuam, tẽpore obligationis, & nõ requiritur
probatio dominii ipſius debitoris hypothecantis; quia debitor
non poſſet dicere creditori ſe nõ fuiſſe dominiũ: ita neq; habens
20 cauſam ab eo. †Si vero ageret hypothecaria contra tertiũ poſſeſ-
ſorẽ, qui nullo modo habet cauſam ab ipſo debitore mediate, vel
tis, & verba Bart. quod in pœnis ſtatutariis non inſpicitur animus,
ſed factũ, debent ita intelligi, quod ſolus animus nõ ſequuto facto
nõ punitur. † Imo Alex. *d. conſ. 119. Viſo proceſſu. n. 13. ver. reſtat. lib. 7.* 11
dicit, quod ſtatutũ in tantum recipit interpretationem paſſiuam à
iure cõmuni, vt pœna homicidii intelligatur cũ dolo, ſicut de iure
cõmuni, vt procedat, etiam ſi ſtatutũ reddatur eluſorium, & nihil
operetur, quia ſine dolo habet locũ. † Amplia; quia nõ valet ſtatu- 12
tũ, quod pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, * cõmunem *
& magis communem dicit Clar. *§. homicidium. n. 19. ver. ſed nunquid
valet.* Clar. in *§. fi. quæſt. 32. n. 7. in fi.* & relatiue, *q. 58. n. 17. in fi.* † Con- 13
trariũ, quod valeat. Alber. in *2. par. ſtatuti. q. 22.* vbi, quod totus mũ-
dus hanc ſeruat, & etiã * commun. dicit Clar. *d. § homicidium, n. 19.* *
† Declarat idẽ Clar. hodie nõ valere, & dicit quod ſi valeret, ꝙ fo- 14
renſem interficiens, prout Peruſii, puniatur pœna pecuniaria; nõ
tñ ſequitur, ꝙ ſi alibi Peruſinus interficiatur, occiſor teneatur ſo-
lum pœna pecuniaria, licet tale ius reddi debeat, in *d. § homicidium.
n. 19.* † Secunda pœna eſt, quia priuatur ſucceſſione eius, quẽ in- 15
terfecit, ſiue ſucceſſio ſit ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato; quia bene
ſuccedit, ſed fiſcus aufert ab eo, * cõmunem dicit Clar. *d. § homici- *
dium. n. 22. ver. punitur etiã,* Butr. *conſ. 63. in pr.* † Extẽde, vt procedat, 16
etiam ſi occiſor habeat filios; quia nõ ſuccedunt, ſed fiſcus, ſecun-
dũ magis * comm. alias daretur occaſio delinquẽdi. Clar. *d. § homi- *
cidium. n. 22. v. ſed pone.* † Extẽde in marito interficiente vxorẽ; quia 17
ſecundum * cõmunem, ſi ex pacto lucratur dotẽ, illud lucrũ pdit, *
& defertur hæredibus vxoris, ſi ex forma ſtatuti, fiſcus lucratur, ita
Clar. *d. § homicidium, n. 22. v. ſed quid ſi maritus,* vbi tñ reprobat hanc
diſtinctionẽ, & ꝙ ſemper hæredibus vxoris defertur. † Extende in 18
fratre interficiente fratrem; quia fiſcus præfertur filiis occidentis.
Clar. *§. homicidium. n. 22.* Tertia † pœna eſt; quia homicida tenetur 19
ẽt ad intereſſe animæ occiſi, videlicet ad faciendũ eleemoſynas ꝓ
orationibus fiendis; itẽ ad mercedes, & expenſas Medici, & medi-
cinarum; item ad operas perditas, ſecundum * communem. Rol. *
*conſ. 39. per tot. lib. 2.* Iul. Clar. *d. § homicidium. n. 23. v. tenetur.* licet di-
cat male obſeruari; quia fiſcus rapit omnia. † Declara tamen; quia 20
nõ debentur iſta ab eo, qui laceſſitus interfecit, vel iuſtam cauſam
habuit, & in caſibus, in quibus debẽtur, ſemper intelligitur quoad
perſonas, quæ alimentari debebant, nõ quoad alios. Crau. *conſ. 119.
n. 5. & ſeq.* vbi late, quæ debeãtur, & quibus, vbi ponit caſus plures,
quibus non debentur damna operarũ. Et † maxime is, qui dedit 21
cauſam rixæ, & homicidio, nõ petit damna. Crauet. *d. conſ. 119. in fi.*

## Homicidium in rixa commiſſum qua pœna puniatur. Concluſ. 149.

HOMICIDIVM † ſi eſt commiſſum in rixa, & conſtat quis intu- 1
lerit primum vulnus lethale, ille ſolus tenetur de homicidio,
& non alii, licet vulnera plura illata fuerint; quia pecuniaria, vel
extraordinaria pœna alii puniri poſſunt. Bald. *conſ. 399. Præſuppoſito
quod in ciuitate, lib. 1. & conſ. 361. Quidam rumor, per tot. lib. 1.* vbi dicit
hanc veriorẽ, & recitat varias * opiniones, & *conſ. 492. per tot. lib. 1.* *
incipit, *Dicitur quod certi,* & idem cõſulentes tenent, Salyc. Gaſpar.
Cald. & Anchar. inter conſ. Anch. *conſil. 216. Nos Bartholomæus.* ple-
ne Menoch. *caſ. 362. in pri.* vbi, quod alii tenentur de vulnere. Alex.
*conſ. 2. Viſo proceſſu, n. 2. & ſeq. ver. videndum eſt, lib. 7.* † Et idem in ho- 2
micidio facto in inſultu, vel in proiectione lapidis ex domo, in
qua eſſent plures, Carrer. in *prax. fol. 213. § 13. per tot.* vbi, quod ho-
micida incertus de certis punitur extra ordinem, ſed incertus de
incertis non punitur aliquo modo. † Extende hoc maxime pro- 3
cedere, cum vulnus eius, qui non tenetur de homicidio, eſt in
loco non mortali, puta in pede, vel brachio. Bald. *d. conſ. 361. circa fi.
ver. alii dicunt, lib. 1.* † Extende in caſu contrario, ſi primi vulneran- 4
tes nõ intulerunt mortalia; quia nõ tenẽtur de homicidio, ſed qui
poſtea lethaliter vulnerauerũt, Bolog. in *addit. ad cõſ. Io. de Anan. 59.
n. 10.* vbi diſtinguit multos caſus. † Amplia, vt procedat maxime 5
in pœnis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in pœnis ſtatuti;quia requiritur factũ,& nõ ſufficit animus in pœ-
nis ſtatutariis.Bald.*conſ.361.ver.præterea,in fin.*vbi quod ita ſeruatur
6 *lib.*1.Alex.*conſ.*15.*n.*2.*lib.*1.† Extende,quia pœna ſtatuti nõ tenetur
quis de homicidio, ſi dato pugno percuſſus cecidit in terram, &
colliſo capite ſuper petrã moritur; quia tunc non tenetur ad pœ-
nam homicidii ex ſtatuto impoſitam. Aret.*conſ.*126.*viſa conſulta-*
7 *tione,& ſtatutis,n.*9.† Declara extenſionem, vt non procedat, niſi
quando ageretur de pœna ſtatuti, & conſtaret, quod non animo
interficiendi facta fuerit percuſſio,alias eſſet aperta via impunita-
tis, apoſt. ad Alex.*d.conſ.*15.*in ver.ſtatutorum. lib.* 1. qui irridet Italis
8 inhærentibus cortici verborum nimis.† Reſtringe;quia ſi conſtat
de animo præparato, vt quia plures acceſſerunt ad faciendũ ho-
micidium,licet vnus ſolus interficiat,omnes tenentur de homici-
dio, etiã in caſu ſtatuti; ſecus ſi non conſtat de animo, ita apoſt. ad
9 Alex.*conſ.*15.*n.*4.*in ver.ſi plures,lib.*1.† Contrariũ tenet Alex.*d.conſ.*
10 15.*n.*4.*lib.*1. vbi apoſtil.in *ver.ſi plures,* dat concord.† Amplia; quia
non punitur vltimo ſupplicio homicidiũ in rixa, neq; confiſcan-
11 tur bona,ita Plot.*conſ.*52.*n.*31.*& ſeq.*† Amplia,vt idẽ ſit in homici-
dio à pluribus commiſſo per inſultum factum à pluribus in vnũ,
quia qui vulnerarunt leuiter, & nõ mortaliter, nõ tenẽtur de ho-
micidio,ſed pœna extraordinaria ſunt puniendi;quia dicitur com-
miſſum homicidium potius inaduertenter per inſultum, q̃ præ-
meditate, Bald.*conſ.*492.*dicitur, ꝙ certi,lib.*1. Anchar.*d.conſ.*216.*per*
12 *tot.*† Amplia;quia ſi eſt cõmiſſum homicidium à pluribus,& occi-
ſus habet plura vulnera, nec cõſtat,quis intulerit mortem,omnes
tenentur pœna extraordinaria de quaſi homicidio,non autem te-
nentur proprie de homicidio. Dyn.*d.conſ.*41.*n.*2.& hanc commu-
* nem * dicit Alex.*conſ.*15.*Viſo proceſſ.n.*4.*lib.*1. Anchar.*d.conſ.*216.*per*
*tot.* vbi, ꝙ omnes Doct.legentes Bononiæ ita tenent.Clar.*d.§.ho-*
* *micidiũ.n.*37.*ver.alia etiam,*vbi dicit*communem,allegat Roland.
* *conſ.*63.*n.*10.*lib.*2.atteſtantẽ de*cõmuni, pleniſſ.Alex.*conſ.*14.*Pon-*
*deratis.n.*7.*& ſeq.ver.non obſtant etiã.lib.*3.vbi tollit omnia contraria,
& tuetur conſilia Dyni,quia tunc puniuntur omnes,quod omnes
13 vulnerarunt.† Contrariũ,quod omnes ſint abſoluendi,ne inno-
cens pro nocente cõdemnetur. Anchar.*conſ.*216.*n.*3. Alex.*conſ.*15.
*lib.*1.*& cõſ.*14.*lib.*3.*& cõſ.*2.*in pr.lib.*7. Feli.in *c.ſignificaſti.il* 2.*n.*6.7.*de*
*homicid.* Marſ.in *l.ſi in rixa.n.*5.*ff.ad l.Cornel.de ſicar.& in rub.C.de prob.*
☞ *n.*418. Gramm.*deciſ.*42.*n.*5.*& ſeq.*Boſſ.*de homicid.n.*26.*& ſeq.* Vide,
*Abſoluere in dubio nocentẽ melius eſt,quã condemnare innocẽtem.Concl.*41.
14 † Et ſi ſunt abſoluendi à delicto fauore innocentiæ, ergo eadẽ ra-
15 tione à tortura debent eſſe immunes. Marſ.*ſing.*217.*Ter,vel quater.*
16 Reprobat † apoſt.ad Alex.*d.cõſ.*14.*n.*8.*lib.*3.*in ver.abſolui.*† Reſtrin-
ge, quia auctor rixæ tenetur de omni homicidio ſequuto, etiam ſi
inferatur ab aduerſariis in pſona adhærentis principali rixæ.*l.quo-*
*niã multa.C.ad l.Cornel.de vi publ.* & ita p illũ tex. Rol.à Vall.*conſ.*63.
*n.*3.*lib.*2.& plura de auctore vide Moron. *de pace q.*122.123. Boſſ.*de*
*homic.n.*25.*ver.rixa vero.*plene Menoch.*caſu* 362.*n.*23.*v.octauus caſus,*
vbi authorẽ ꝑ homicidio in rixa puniri,ſi ignoratur à quo, pleniſſ.
Marſ.*ſing.*403.*Superioribus,*vbi ſumme notandũ,& plures adducit.
17 Contrariũ † tamen dicit ſeruari Clar. *d.§.homicidiũ.n.*39. vbi quod
ex homicidio in rixa nullus punitur pœna mortis, niſi conſtet, ꝙ
18 animo deliberato fecerit.† Declara,quia auctor rixę,& principalis
tenetur de homicidio, licet ignoretur quis vulnerauerit. Marſil.
19 *ſing.*403.*Superioribus,*vbi dicit ſumẽ notandũ,& infinitos citat.† Si
vero nõ conſtat,quis fuerit principalis,non poteſt procedi contra
auxiliantes ad cõdemnationem. Alex.*conſ.*14.*n.*7.*ver.& ſubdunt ipſi*
*lib.*3.*& conſ.*2.*n.*4.*ver. & ſubdit etiam.lib.*7.vbi allegat conſ.Anch.&
20 Salyc.& Cald. & alios.† Declarat Roland. *d.conſ.*63.*n.*17.*& ſeq.* ꝙ
21 tenetur,quando aderat propoſitum occidendi,alias ſecus.† Con-
trarium,quod imo teneantur omnes de homicidio.*l.item Mela.§.ſi*
*plures.l.ita vulneratus.§.idemq; eſt.ff.ad l.Aquil.* ita arguit Alex.*conſ.*15.
*Viſo proceſſu,in pri.lib.*1. & plenius *col.*2.*ver.ſubdit.etiã.* vbi quod præ-
22 ſumũtur ſimul vulneraſſe.Marſ.*ſing.*217.† Et in contrariũ facit *l.ſi*
*vero. §.ꝙ ſi ex mediano.ff.de iis qui deiec.vel effud.cum ll.ſeqq.* vbi quod ſi
quid proiectũ eſt ex loco ſuperiori,vbi plures ſunt, omnes tenen-
23 tur.† Declara, quia ſi agitur ciuiliter de pœna parti applicãda, in-
certitudo operatur,ꝙ pœna nõ debeatur,ſi agatur de pœna pro fi-
ſco, ſiquidem eſt corporalis,nullus punitur,ſi pecuniaria, omnes
24 puniũtur.& ita Clar.in *§.fi.q.*47.*n.*10.*v.ſed hic quæro.*† Declara,quia
* quãdo agitur ad pœnã criminalẽ, & homicidii, cõmunis * eſt, ꝙ
ſi nõ conſtet,quis intulerit vulnus lethale,neq; conſtat,ꝙ omnes
animo deliberato occidendi acceſſerint, quod pœna ordinaria nõ
eſt imponẽda,maxime in pœnis ſtatuti, ſecus ſi ageretur ciuiliter,
vel conſtaret,quod omnes animo occidendi acceſſerunt:ita Alex.
*d.conſ.*15.*n.*4.*lib.*1. & etiã declarat ibi apoſt.in *ver.ſi plures.*& d.conſ.
Alex.exornat pulchre, Aurelius de Mutina inter conſ. Alex.*lib.*4.
25 *conſ.*46.† Declara,quia gl.in *l.ſi in rixa.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* quæ di-

cit omnes teneri,licet nõ cõſtet,cuius ictu obierit,intelligitur cõ-
muniter,* ꝙ omnes teneãtur pœna pecuniaria,ita Anch.*conſ.*216. *
*n.*6.Clar.*d.§.homicidiũ.n.*37.vbi de*cõmuni.† Declara,vt p Rom. * 26
*conſ.*401.*Eo præſuppoſito.circa fi.ver.nec obſtat.* vbi ſi conſtat de initio,
quia omnes percuſſerunt, licet nõ conſtet de fine, videlicet cuius
ictu mortuus ſit,omnes tenentur, ſed ſi nõ conſtat,neq; de initio,
quis percuſſerit,neq; de fine,fieri debet abſolutio,& tollit *l.ſi vero.*
*§.ꝙ ſi ex mediano.ff.de iis qui deiec.vel effud.* quia loquitur in quaſi ma-
leficio, quod facilius committitur, q̃ maleficium.† Limita, quia 27
is,qui intulit vulnus etiã non lethale vulnerato lethaliter,tenetur
de occiſo.Bart.in *l.ſi in rixa.ff.de ſicar.n.*10.Alex.*d.cõſ.*15.*n.*1.*lib.*1.vbi
Bart. intelligit, qñ agitur ciuiliter, & l.Aquilia, ſecus ſi criminali-
ter, vide etiã Menoch.*de arbit.caſ.*362.*in* 3.*&* 6.*caſu,* quia procedit,
qñ animo occidẽdi.† Extẽde,quia imo illi,qui nõ lethalia vulnera 28
intulerunt, ante vulnus lethale poſſunt puniri, tanquã præſtantes
auxiliũ ad homicidiũ. Alex.*d.conſ.*15.*n.*1.*ver.fortius.lib.*1.vbi dicit,ꝙ
eadem eſt pœna cũ homicidio.† Declara,quando à principio,non 29
autẽ caſu interuenerunt,quia vt ſocii ſint,& teneantur,oportet,ꝙ
cõmunicato cõſilio à principio acceſſerint,alias ſecus.Anch.*d.cõſ.*
216.*n.*9.& ita etiã declarat Menoch.*caſ.*362.*in* 3.*caſu.*† Extẽde,quia 30
etiã ſi mortuus habet plura vulnera,& vnũ ſit lethale,& non con-
ſtat,quis p̃dictũ vulnus lethale intulerit,p̃ſumuntur omnes ſimul
vulneraſſe,& oẽs tenẽtur de homicidio.Alex.*d.cõſ.*15.*colu.*2.*in pr.v.*
*ſubdit etiã.lib.*1.Marſ.*ſing.*217.† Contrariũ tenet Alex.qñ agitur cri- 31
minaliter, quia ſi nõ cõſtat, quis intulerit vulnus mortale, omnes
tenentur pœna extraordinaria, quia cõſtat de delicto, ſed nõ con-
ſtat,quis interfecerit; & hanc cõmunem* dicit Alex.*d.conſ.*15.*n.*4. *
vbi apoſt.in *v.ſi plures.lib.*1.licet hoc affirmet,niſi cõſtaret,ꝙ omnes
animo occidẽdi vulnerauerint, & iſta pœna extraordinaria debet
eſſe pecuniaria, vbi hoc probat ratione, & authoritate in *v.quinto*
*moueor.*& idẽ tenet Anch.*conſ.*216.*per tot.*ꝙ eſt Salyc.Cald.& Anch.
† Declarat Menoch.*d.caſ.*362.*in* 3.*&* 6.*caſu.*ſi primũ vulnus omni- 32
no lethale erit,ita quod omnino ſit moriturus,tunc alii nõ tenen-
tur, quia in cadauer delinquũt,niſi animo occidẽdi vulnus intule-
rint,vide eũ.† Declara,quia limitato, & extẽſiones procedunt qñ 33
agitur ciuiliter, ſecus ſi ad pœnã capitalem,& intelliguntur teneri
de homicidio, videlicet extra ordinem,nõ autem directe,& pœna
ordinaria, ita declarat Alex.*d.conſ.*15.*n.*4.latius *n.*8.*v.nõ obſtat.lib.*1.
& ita omnes* tenere Bononiæ dicit Anch.*conſ.*216.*n.*6.† Declara, * 34
quia de iure Ciuili, vbi agitur de pœna corporali, nullus tenetur;
de iure Canonico,vbi agitur de irregularitate,oẽs tenẽtur.Alex.*d.*
*conſ.*2.*n.*3.*lib.*7.† Declara totã hanc materiã,quia ſi homicidiũ fuit 35
in rixa, vel in inſultu nõ deliberato cõmiſſum à pluribus,& mor-
tuus habet vnicũ vulnus,& ignoratur, quis intulerit vulnꝰ,nemo
tenetur pœna ordinaria,ſed ſolũ pœna extraordinaria,& idẽ,ſi ha-
bet plura vulnera,ſed non tot vulnera,quot perſonæ erant contra
mortuũ,ita vt ignoretur, qui ſint,qui intulerunt, ex quo adſunt a-
liqui,qui ſunt innocentes,oẽs tenentur pœna extraordinaria,etiã
iſto caſu, & nullꝰ poteſt puniri pœna homicidii,ita Alex.*cõſ.*14.*Põ-*
*deratis narratis,per tot.lib.*3. vbi tollit cõtraria,& dicit,ꝙ procedunt
cõtraria,qñ omnes vulnerarũt,ſed ignoratur quis intulerit mor-
tale,vbi ꝙ ita conſuluerunt Dyn.& alii,& conſiliũ fuit cõmuniter
*receptum,ſequitur Alciat.*reg.*3.*præſump.*44.*n.*4.*& ſeq.*vbi Alex.*d.* *
*conſ.*14.*lib.*3.*n.*7.dicit,ꝙ nõ poſſunt puniri de auxilio qñ nõ conſtat
de homicida,& plenius Alex.*conſ.*15.*lib.*1.vbi allegat rationẽ;quia
ex p̃ſumptionibus nõ poteſt ſequi condemnatio in pœna ordina-
ria, vbi * dicit cõmunem, & *d.cõſ.Alex.*15. & ſubſcripſit d. Aurelius *
de Mutina,cuius eſt *cõſ.* Alex.46.*Copioſe.lib.*4.vbi imo,ꝙ neq; auxi-
liantes tenẽtur,& dicit*cõmunem,idẽ tenet Alex.*cõſ.*2.*lib.*7.*in pr.* *
vbi repetit,ꝙ conſ.Dyn.ſequuntur Salyc.& Anch.& Cald.& com-
muniter tenetur *n.*3.*&* 4.& ꝙ ita fuit obtentũ Mutinæ,& Parmæ,
& tollit Bart.& cõtrarios.hanc cõmunem*dicit Carrer.*in prax.fol.* *
111.vbi citat plurimos.Bal.in *l.itẽ Mela.§.ſi plures in* 2.*lect.ff.ad l.Aquil.*
vbi dicit ꝓcedere,qñ dubietas eſt circa factũ,ſecus ſi circa effectũ.
Clar.*d.§.homicidiũ.n.*37.*v.alia etiã,*allegat Nat.*cõſ.*240.*n.*9.& rurſus
Clar.vbi ſup.*n.*38. Vide, *Incertitudo multa operatur.Concl.*63.† Et iſto 36
caſu nõ poſſunt aliqui torqueri, ẽtſi mortuus dixerit ſe lethaliter
vulneratũ à certo; quia nõ facit indiciũ ad torturã, ſed bene cre-
ditur mortuo ad excuſandũ, ita Alex.*d.conſ.*14.*in pr.lib.*3.& ſequitur
Alciat.*d.reg.*3.*præſ.*44.*n.*4.*& ſeq.*† Si vero tot ſunt vulnera, vel plu- 37
ra; q̃ homines rixæ, tunc quia oẽs percuſſiſſe p̃ſumuntur, & non
ſubeſt cauſa innocẽtiæ, vel ſi omnes percuſſiſſe probentur, ſed nõ
conſtat ex quo vulnere deceſſerit, magis dubiũ eſt, & eſt conten-
tioſa opinio, de qua Alex.*d.conſ.*14.*n.*8.*lib.*3.*& cõſ.*2.*n.*4.*ver.præterea.*
*lib.*7.† Reſtringe,qñ animo deliberato occidẽdi fuit occiſus vnico 38
vulnere, ſeu plurib.& ignoratur à quo, vel quibꝰ;quia ſunt opinio-
nes.Alex.*cõſ.*14.*lib.*3.*n.*8.dicit debere oẽs abſolui à pœna extraordi-
naria,ſed

naria, ſed apoſt.ibi in *v.abſolui*,reprobat, & repetit Alex.in *conſ.2.*
39 *Viſo proceſſu n.3.v.vnde ſuccedit doctr.li.7.* † Et quod pœna extraordi-
* naria debeat puniri omnes,com.* dicit Clar.in §.*homici. num.* 38.
40 Marſ.*ſing.217.ter,vel quater.& in rub.C. de prob. n.* 418. *cum ſeq.* † Et
hæc pæna extraordinaria debet eſſe pecuniaria & nõ perſonalis,
quia ex præſumptionibus. Alex.*conſ.2.in pr.li.7.* vbi, quod debeat
* eſſe modica & *conſ.46.Copioſe.n.3. li.* 4. vbi dicit, ꝙ * omnes Doct.
41 Bononienſes ita teneant, & eſt conſilium Aurelii de Mutina †Et
quod ſit minuenda pæna, qñ ex præſumptionib.imponitur.Bald.
*conſ.360.Quia quaſt.iſtæ.n.6.v.preterea lib.3* Alex.*conſ.15.n.3.li.3* cla-
42 rius *conſ.115.in fi.li.3.*vbi apoſt.dat concord.† Contrarium; quod
omnes teneantur de homicidio, apoſt ad Alex.*conſ.15.li. 1.in ver.ſi
plures.*vide etiam Marſ.*ſin 217.ter,vel quater,nu.* 3.vbi plures adhoc
citat.vide Caſtr.*conſ.335.Viſa & ponderata.li.2.* vbi pro vtraq; opin.
43 † Declara, quia ſi agatur ciuiliter, vel l.Aquil.vel pæna extraordi-
naria ; poteſt ſequi condemnatio , vel forte etiam ordinaria
pœna, inſpecto iure cõmuni, ſed inſpecta cõſuetudine, quod nõ
punitur homicida, niſi ſequuto effectu, vel etiam ſi pęna ſit ſtatu-
ti, quod debet proprie intelligi, nõ habet locū. Alex.*d.conſ.15. n.* 8.
44 *li.1.* † Declara alio modo, quia ſi ſunt illata plura vulnera, & certi
ſunt vulneratores, & certa vulnera à ſingulis illata, ſed ignoratur,
ex quo vulnere ſit mortuus, & tunc ſi omnia vulnera ſunt morta-
lia, omnes tenentur de occiſo, & in hoc caſu nullus dubitat, ſecū-
45 dū Clar.in §.*hom.n.41.v.aut vero.*† Si v.aliqua ſunt vulnera morta-
lia, aliqua non , & tunc illi, qui intulerunt lethalia, ſoli tenentur
* de occiſo, alii vero de vulneribus tm̃, & hæc eſt communis * opi-
46 nio.Clar.*d.§.homicidium.n.41.verſ.aut vero*, vbi, † quod vulnerãtes
non mortaliter, tenentur ẽt pœna auxilii, arbitrio iudicis , & ſic
47 extraordinaria; & hoc, qñ ſciri poteſt quilibet vulnerans. † Si a.
ſunt certi vulneratores, ſed ignoratur quę vulnera à ſingulis illa-
ta fuerint, & ſi omnia vulnera erant lethalia, omnes tenentur ſi-
ne dubio de occiſo, aut vnicū vulnus erat lethale , & alia non le-
thalia, & quia ignoratur, quis intulerit mortale, & omnes puniri
* debent pæna extraordinaria, arbitrio iudicis, & hanc cõmunẽ *
* dicit Clar.*d.§.homicidium.n.41.ver.aut vero ſunt*, & dicit * cõmun.
48 † Et ſi plura ſunt vulnera & vnū prius mortale, & aliud ſecundū
mortale, ſi quidẽ ex ſecundo moritur, ſtatim ille ſecundus tene-
tur de homicidio, primus de vulnere, ſi v.nõ deceſſit ex ſecundo,
ſed poſt multos dies, ambo tenentur.Bar.in *l. ita vulneratus.ff.ad l.
Aquil.* vbi Cuman.in fi.dicit, quod primus nunquā tenetur , qñ
ſecundus exinaniuit, quia eſt impoſſibile docere tunc, quod pri-
mū eſſet omnino lethale , & ꝙ vterq; teneatur , qñ duo vulnera
primū & ſecūdū ſunt lethalia, nec ſtatim moritur. Zaſ.*li.2.ſing.in-
tellect.ca.6.*& ſemper cū aliquali declaratione.Cou.in *clem.ſi furio-
49 ſus.§.2.in 5.not.caſ.3. n.4. ver.eſt tamen aduertendum.* † Vide omnino
Menoch.*de arbit. caſ. 362.per totum*, vbi diſtinguit per nouẽ caſus,
50 quos videas. † Limita, quia ſi ſunt illata plura vulnera, & ſemper
de occiſo tenentur omnes; licet ignoretur, à quo ſint illata ; qñ
deliberato vulnerarunt, & animo occidendi.Bald.in *l. item Mela.
§.ſi plures, in ſecunda lect.in pr.ff.ad l. Aquil.*Bart.in *l.fi.ff.de ſicar. in pr.v.*
51 *alii Doctores, & n.*10. † Si v.omnes percuſſerunt ſimul, & poſſunt
cõtẽplari vulnera, vt quis intulerit lethalia, quis nõ lethalia, om-
nes tenentur ſecundum vulnus pro facto ſuo, ſi non poteſt ſciri,
omnes de occiſo tenentur.Bal. vbi ſup. & idem ſi omnia vulnera
ſūt lethalia. Bar.in *l.fi.de ſicar.n.*10.Flor.in *l.item Mela.§.ſed ſi plures.*
52 *ff.ad l. Aquil.n.5.ver.alio modo.*† Si vnus primo, alter poſt, & ſi ſecū-
dus intulit mortale, primus nõ mortale, & tenetur ſecundus: aut
primū vulnus eſt mortale, ſecundū non, & vterq; tenetur de oc-
ciſo, quia videtur acceleraſſe. Bald. *d.l.item Mela.§.ſi plures.in 2.le-
ctura.ff.ad l.Aquil.v.ſi vtrunq;* & ibi plenius Flor.*nu. 5. ver.alio modo.*
53 Bar.in *l.fi.n.10.ff.ad l.Aquil.*† Limita , qñ cõſtat, quis ſit author ri-
xæ, vel quis ſit caporalis , quia ipſe poteſt puniri pœna homici-
dii.Carter.in *prax.fol.213. nu.5.* & plenius *fol.11. nu.6.*Rol.à Vall.
*conſ.63.n.4.li.2.*plenius Marſ.*ſing.403. Superiorib.* vbi citat infini-
☞ tos.Vide, *author principalis dans cauſam delicto. Concl.* 567. † Limita,
54 qñ extra rixā, ſed deliberato animo fuit cõmiſſum homicidiū, qa
ita de homicidio tenentur, qui interfecit, quam ille, qui affert o-
* pem & aſſociauit.Bald.*conſ.361.in fi.li.1.*Clarus in §.*homicidium, n.
37.ver.primus caſus.*vbi dicit * communem, quod omnes tenean-
tur; quia licet non omnes vulnerauerint , tamen de auxilio tenẽ-
tur alii.Anch.*conſ.216 Nos Bartholomæus.n.4.*Rom.*conſ.*473. Crau.
*conſ.309.n.6.ver.tertio ex alio.*Grammat *deciſ 25 n. 4. & multis ſeqq.*
Gomeſ.*variar.reſol.li.3.c.3.n.48* Ang.*de malef.ver. d. Andreas.n.4.&
in ver.dicto maleficio,n.24.*Boſſ.*de homic.n.22.& 23.*Clar.*§.fin.qu.90.*
55 *n.8.*† Inditia ſcientiæ & tractatus ſunt, ſi ante delictū interuenit
ſecreta loquutio ad aures, vel alias inimicitia capitalis , & incon-
tinenti ſequatur homicidium.Iaſ.in *l. 1.ver. 5.nu. 3.C. de ſeru.fugit.*



Blanc.in *repet.l.fin ff.de qu.n.232.*Carr.in *prax.ver.vigeſ.inditium.pag.
mihi.62.*† Declara, quia omnes tenentur, ſi omnes deliberato a- 56
nimo acceſſerunt, alias ſi hoc non conſtat, non tenentur. Clarus
*d.§.homicidium n.37.v.puto tamen*, & ita Menoch.*de arbit.caſ.362.n.
6.* † Declara, quia ſtatutum, quod præſtans opem homicidæ in- 57
currat certam pænam , debet intelligi de vero homicida, ideo nõ
habet locum , ſi ſit quaſi homicida , prout quando plures in rixa
interuenerunt, & non conſtet, quo vulnere obierit , quia omnes
tenentur quaſi homicidæ, non autẽ proprie ſunt homicidę.Dyn.
*conſ.41.Quæſtio talis eſt, continetur, per tot.*ſequitur Anch. *conſ. 216.n.*
4.quod eſt Salycet.Gaſpar.Calde.& Anch.† Reſtringe, quando 58
dubiū, an deliberato animo fuerit commiſſum homicidiū, quia
tunc omnes torquentur, & quatenus ſuſtinent , quod non deli-
berato animo fecerunt; pœna extraordinaria tenentur.Clar.*d.§.
homicidium.n.37.ver.ſecundus caſus eſt.*† Reſtringe, quia tenentur de 59
homicidio illi, qui ſic adunati ſunt vt præſtarent auxiliū homici-
dio , & adhuc finem aſtiterunt , quia de auxilio tenentur ex aſſi-
ſtentia ſola de homicidio, qñ percuſſerunt, ſed qñ ad alium finem
bonum, & non animo faciendi maleficium cõuenerunt , non te-
nentur, niſi de eo, quod fecerunt ; quia aſſiſtẽtia fuit ordinata ad
bonum, & licitum; ſi vero adunantia fuit ad malum, prout quod
violentia fieret, ſed non ad homicidium, quod ſequutū fuit, tunc
ille, qui fecit homicidium, & etiam principalis tenẽtur de homi-
cidio , alii vero non tenentur etiam de auxilio. Caſtr.plene *conſ.
335.Viſa, & ponderata, per tot.lib.2.*† Limita , quando plures animo 60
deliberato occidẽdi aggreſſi eſſent vulnerantes , quia ſi mortuus
eſſet aggreſſus, tunc omnes tenentur, ſecus ſi in rixa. Anch.*d. con-
ſil.216.n.7.ver.reſtat.*Lancellot.Corrad *de homicid.n.*14. † Limita, 61
quia ſi vulneratus mortaliter, poſtea ab alio interimatur, primus
vulnerans nõ tenetur de occiſo , ſed ſolum de vulnere, ſed is, qui
exinaniuit, ſolus tenetur de homicidio , & eſt pernitioſa cautela,
quod homicida , qui lethaliter vulnerauit, faciat ab alio exinani-
re, plene Franc.Crem.*ſing. 56. Quidam malus*, vbi plena apoſtilla.
† Contrarium ; quod imo ambo teneantur, apoſtilla ad Crem.*d.* 62
*ſingul.56.*in fin. allegat Andr.de Iſern.in *conſtitut. regni.* incip. *Ter-
minum vitæ.*Rub.*de hom.punien.in ver.aliter comprehendere. ver.ſecus de
illo.*† Limita, qñ omnia vulnera ſunt lethalia , vel nullum lethale, 63
ſed omnia ſimul, quia omnes tenentur de homicidio. Bologn. in
addit.ad Io.de Anan.*conſ.59.n.10.*† Inquiſitio a.qualiter fiat cõtra 64
plures, qñ mortuus in rixa habet vnicum vulnus, dic, quod ſi par
pæna eſt homicidii, & auxiliatoris , tunc vnus de occiſo , alii de
auxilio inquiruntur, ſi vero pœna non ſit æqualis, quia homici-
da punitur pœna mortis, auxiliatores pœna pecuniaria, adhuc fa-
ciunt idẽ iudices, licet forte male, quia ſi nõ ſunt certi, quis fece-
rit homicidiū, poteſt errare iudex, & in cõſcientia tenetur. Ang.
in *l.ſi ex rixa.n.7.ff. de ſicar.* † Declara, quia quatenus ſunt omnes 65
contumaces , omnes condemnantur in pœnam ordinariam ho-
micidii, quatenus vero comparẽt omnes, vel torquẽtur , vel pœ-
na pecuniaria condemnantur.Clar.*d.§.homicidiū.n.40.v.ſed hic in-
cidenter.* Vide, *Abſoluere in dubio ſanctius, quam condemnare*, vbi latiſſ. ☜
*Concl.41.n.17.& ſeq.* Vide, *Incertitudo operatur multa.Concl.62.*Vide,
*Rixoſum homicidium multiplex, & qualiter puniatur. Concl.355.*

## Homicida in quibus reddatur inhabilis Concl. 150.

HOMICIDA † poteſt priuari beneficiis obtentis per ſentẽtiā, 1
ſed tamen non eſt ipſo iure priuatus, late Fel.in *ca.ex parte, in
v.periurus, de reſcript.*vbi late, & an ex quo retinet beneficia, donec
priuetur, poſſit ſibi conferri beneficium, allegat pro vtraq; parte,
vide eum, & quod poſſit conferri beneficium , & valeat collatio
facta homicidæ.Dec.in *c.ſuſcitatus.de reſcript.num.52.* † Quoad or- 2
dines homicida voluntarius eſt irregularis, & nõ poteſt promo-
ueri, etiam ſi eſſet occultus , ſine diſpenſatione Papæ, neq; poteſt
in ſuſceptis miniſtrare, & miniſtrando efficitur irregularis, ſecus
ſi homicidium eſſet caſuale, & occultum ; quia peracta pœniten-
tia miniſtrat , & ex diſpenſatione Epiſcopi aſcendit, prout etiā in
aliis delictis extra homicidium , prout periurium, adulterium, &
ſimiles occulti , peracta pœnitentia poſſunt miniſtrare in ſuſce-
ptis, & adſcendunt ad non ſuſceptos ſine diſpenſatione , vel ſal-
tem cum diſpenſatione Epiſcopi, vide text. in *c. fin. de temp. ordin.*
vbi Abb.& alii, qui excepto homicidio, ponit regulam in aliis de-
lictis occultis, vt peracta pœnitẽtia poſſint miniſtrare ſuſceptis,
& ita ordinari ad non ſuſceptos. † Extende, quia imo mandans 3
verberari aliquem cum prohibitione , quod non occideret, ſi
mandatarius occidit, quoad irregularitatem habetur pro homi-
cida, licet non habuerit animum occidendi, *ca.fin. de homicid.in 6.*
& ita declarat Alexand.*conſ.140.Videtur in caſu, in princip.ver. tertio*

4 *pro hoc iuncto,n.6.ver. non obſtat etiam. lib. 2.* † Declara, quia hodie ſecundum Sacr. Cōcilium Tridentinum,*ſeſſ.14 ca.7.de reform.* homicida voluntarius etiam occultus, non poteſt ſine diſpenſatione obtinere beneficia, nec aliquos ordines, ideo requiritur, quod Papa diſpenſet. Vide Concluſionem prox.ſeq.

## Homicida non eſt priuatus beneficio ipſo iure, ſed priuandus, & qualiter procedat. Concl.151.

1 HOMICIDIVM † non remouet promotum à beneficio, ſi opponatur per viam exceptionis, ſecus ſi per viam actionis, ſeu
2 accuſationis. Rot.in *antiq. deciſ. 1. de exceptio* alias 178. † Amplia; quia homicida non eſt priuatus ipſo iure beneficio Eccleſiaſtico, quod obtinet. Rot. in *nou. deciſ. 14. vt lit. pend.* alias 488. Beſignet.
3 *dec.5. de re iud.* vbi quod requiritur priuatio per ſententiã. † Extẽde in tantum verum, vt pendente inquiſitione, vel accuſatione ſuper homicidio poſſit ante ſententiam renunciare beneficium, & valet renunciatio etiam nõ facta mentione inquiſitionis. Rot.
4 in *antiquior.* Beſignet. *deciſ.5. de re iud.* † Contra extenſionem tenet Gemin. *conſ.105. in prin.* vbi, quod iudex procedat ad ſententiam, & ab effectu ſi condemnetur, erit locus, vel obtinebit, qui impetrat
5 per priuationem. † Declara, quia indiſtincte valet reſignatio, vt ſupra. Beſignet. *dec.5. de re iud.* & ita Gomeſ. in *reg. de annal. q. 42. nu.*
6 *3. ver. eſt tamen circa hoc.* † Extende, quia homicida inquiſitus poteſt renunciare beneficium, & valet renunciatio, etiamſi Papa dedit litteras gratioſas, quod in euentũ priuationis homicidæ prouideatur Titio de beneficijs homicidæ, & cum decreto irritanti, quia nihilominus poterit renunciare, & valet renunciatio, quia expreſſit vnicum modum vacandi per priuationem, ergo Papa non intelligit de alio modo vacandi, *cap. ſuſceptum. in prin. de reſcr. lib.6.* nec decretum operatur vltra intentionem Papæ, nec vltra modum expreſſum, plene Anton. de Butrio *conſ. 43. n.1. ver. aduer-*
7 *tendum, & n.2.* † Reſtringe, quando Papa mãdaſſet prouideri Titio, ſiue per priuationem vacaret, ſiue alio quouis modo, cum decreto irritanti; quia tunc decretum ligaret ignorantes, & non valeret reſignatio contra decretum. Ant. de But. *d. conſ.43. nu. 1. verſ.*
8 *aduertendum, & n. 2.* † Reſtringe, quando Papa mandaſſet prouideri, quatenus priuaretur homicida cum decreto irritanti, quia ſi homicida ſciuit huiuſmodi litteras, non valeret eo caſu renunciatio in præiudiciũ habentis litteras de prouidendo. Ant. de Butr.
9 *d. conſ.43. n.2.* allegat *cap. 2. de renunciat. lib.6.* † Contrarium tenet Rotã, vt per Beſign. *dec.5. de re iudic.* Gomeſ. *d. reg. de annali; q. 42. n.3.*
10 *ver. eſt tamen circa hoc.* † Declarat Gem. *d. conſ.105. in pr.* quod etiam ſi ſciat, valet reſignatio, quæ tamen regulabitur ab euentu, quia ſi
11 condemnaretur, non valet, alias ſic. † Amplia, quia homicida etiam voluntarius diſpenſatur ad ordines, ſi velit ingredi religionem Papaz. *in addit. ad deciſ. Rot. in nou. primam, de bigam.* Vide Concluſ. prox. præced.

## Homicida ſui ipſius qualiter puniatur. Concl.152.

1 SE † ipſum interficiẽs propter delictum cõmiſſum, de quo fuit accuſatus, punitur pœna, vt homicida, & bona eius confiſcan-
2 tur. *l.3. ff. de bon. eor. qui ſibi mortẽ.* † Declara, vt procedat, quãdo delictum eſſet tale, per quod ſi eſſet probatum, confiſcatio eſſet impoſita, ita declarat ex mente aliorum Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2.*
3 *centur.3. caſu* 284. *n.* 14. † Extende, quia publicatio bonorum fieri debet, etiam ſi non ſit accuſatus, neq; inquiſitus, quando delictũ
4 publicum commiſiſſet. Iaſon *l.1. C. qui teſtam. fac. poſſ. num.* 8. † Amplia, quia de conſuetudine ſemper bona confiſcantur, ſiue ſit cõſcius criminis, ſiue non, ita dicit Iulius Clarus *in praxi crim. §. final. quæſtio. 68. n. 37.* licet dicat apud nos in Italia talem conſuetudinẽ
5 non recipi, de qua Iodoc. per eum allegatus. † Amplia, & limita, vt per Menoch. pleniſſime in 284. *caſu, lib. 2. centur. 3.* per Franc.
6 Marc. *dec.876. li.2.* Couar. *li.2. variar. reſol. cap. 1.* † Amplia, quia interficiens ſeipſum conſcius ſceleris punitur publicatione bonorum, etiamſi hæredem habeat. Bar. in *l.1. §. fin. ff. de bon. damnat. &*
7 *in l.1. ff. de bon. eorum. qui ante ſent. mortem ſibi conſciu.* † Extẽde, quia hæc publicatio fit per ſententiam, non ipſo iure, & vlterius punitur, & ſuſpenditur, ac ſi alium interfeciſſet, apoſtilla ad Clar. *in §.*
8 *fin. quæſtio. 68. n.37. in verb. occidens.* † Contrarium tamen, quod nõ puniatur in confiſcatione bonorum, quãdo habet hæredẽ, tenẽt plures, quos dicta apoſtilla ad Clar. *d. q. 68. nu. 37. verſ. occidens citat.*
9 † Extende, quia interficiens ſeipſum moritur inteſtabilis, quia rumpitur, & annullatur omne teſtamentum prius ab eo factum.
* ſecundum communem,* de qua Clar. *in §. fi. q. 68. n. 37. ver. occidẽs,*
10 & apoſtil. ib. † Extende, quia interficiens ſe ipſum non lugetur. neq; in eo ſeruantur leges de luctu, nec vxor portat veſtes lugubres, imo nec expectat annum ad ſe nubendum apoſt. ad Clar. *d. §. fin. quæſt. 68. nu. 37. ver. occidens, in fin.* † Amplia, quia imo volens
interficere ſe ipſum, licet non perficiat, quia fuit impeditus, pu- 11
nitur pœna capitis, ac ſi delictum conſummaſſet. Clar. in *§. fin. quæ. 68. n. 37.* vbi de cauſa, licet ipſe dubitet quoad pœnam ordinariã imponendam, ſtante conſuetudine, quod conatus non puniatur. † Declara tamen, quia procedit ampliatio, quando conſcius cri- 12
minis hoc feciſſet, ſecus ſi tædio vitæ & ſine crimine, quia tunc nõ punitur pœna mortis, neq; confiſcationis bonorum, & ita communiter * teneri Clar. *d. §. fin. quæſt. 68. n. 37. in fi.* vbi dat exemplũ de eo, qui ſeipſum præcipitauit in puteum, de quo Decius *conſ.*
438. Pariſ. *conſ.155. lib.4.* Corne. *conſ. 195. li. 2.* † Contra declaratio- 13
nem ſeruari dicit Iodoc. in *praxi crim. cap.88. n. 6.* vbi, quod etiam tales ſine crimine puniuntur, & bona confiſcantur de conſuetu-
dine, licet Clarus dicat non ſeruari apud eum. † Limita, quando 14
de aliquo crimine, vel delicto non eſt accuſatus, ſed mortem ſibi conſciuit tædio vitæ, fatuitate, vel quia erat oneratus debitis, vel alias. Decius *conſ. 438. Accurate, in princip.* Menoch. *d. caſu 284. in li. 2.*
*centur.3. n.16.* † Extende, etiam ſi extaret ſtatutum, quod bona cõ- 15
mittentis homicidium confiſcari debeant. Decius *d. conſ. 438. nu.*
*2. & ſequen.* † Extende, quia in dubio non præſumitur pro delicto,
quando non præcedit accuſatio, vel ſuſpitio futuræ accuſationis. Menoch. *dict. caſ.* 284. *n.* 17. Decius *conſil. 438. in pr.* † Limita in eo, 17
qui in puteo eſt repertus, quia non præſumitur ſe ipſum præcipitaſſe. Dec. *conſ. 438. in pr.* Menoch. *d. caſu 284. li. 2. centur. 3. n. 36.*

## Homo liber non eſt dominus membrorum ſuorum. Concl.153.

HOMO † liber non eſt dominus membrorum ſuorum. *l. liber* 1
*homo, la prima. ff. ad l. Aquil. iũcta l.2. & 3. C. ſi al. res pignori data ſit.* Bartol. *in 1. quæſtione Lucanæ Ciuitatis. ver. è contra, n.19. ver. nono probatur.* † Extende, quia non valet obligatio facta de perſona pro- 2
pria, & ad mutilationẽ membri ſuæ perſonæ, caſu, quo non impleat aliquid, quia non eſt dominus membrorum ſuorũ. Guido Pap. *deciſ.* 278. † Et condemnatus ad pœnam mutilationis mẽbri, 3
etiam in ſubſidium, ſi non ſoluat intra certum terminum, nõ poteſt ratificatione, vel conſenſu ſuo validã facere ſententiam, neq; vt valeat tanquam ſententia, neq; vt valeat tanquam pactum, vel contractus, ſed remanet nulla, ſi eſt lata in abſentem non citatũ.
Abb. *conſ.92. Contra ſententiam. n.2. li.1.* † Contrarium vide in verb. 4
*Duplex funiculus multa operatur. Concl.*810. vbi allegatur Cou. *variar.*
*reſol. ca.8. n.8.* † Amplia; quia nemo poteſt obligari ad pœnam cor- 5
poralem. *l. diuus ff. de cuſtod. reorum.* Bart. in 1. *quæſt. Lucanæ Ciuitatis,*
*ver. è contra, in fi. n.19. verſ. nono probatur ſic.* † Amplia, quia homo li- 6
bet nõ poteſt dari in obſidem, vel in pignus, niſi cauſa publicæ vtilitatis. Vide Socin. *reg. 7. Homo liber in obſidem dari non poteſt.* limi-
tat duobus caſibus. † Extende maxime in clerico, vel religioſo, 7
quia non poſſunt dari in obſides, niſi per Papam, & cauſa publicæ vtilitatis; vide Soc. *reg.20. Monachi, vel clerici.*

## Honor debitus quid ſignificet, & in quibus conſiſtat. Concl.154.

HONOR, † qui debetur ſuperiori, eſt, quando in iocunda viſi- 1
tatione ſuperioris fiunt ei honorãtiæ, ſicut ſunt xenia, & charitiçiæ, ſeu blandiciæ, quæ fiunt pro ipſo viſitãdo, vel miſſo ab eo, & ſimilia, & huic honori pertinent omnes operæ obſequiales, & reuerentiales, Bald. *conſ.419. Ad euidentiam, li.1. in pr.*

## Honoris, & timoris cauſa multa ſpecialia. Concl.155.

HONORIS † cauſa, ac etiam ex iuſto timore non obediens iu- 1
dici Eccleſiaſtico, vel exequutori, non dicitur manifeſtã iniuriam facere, & debet abſolui cum cautione de parendo. Old. *conſ.93. n.4. & ſeq.* vbi multa admittit propter timorem, & honorẽ. Vide, Vide, *Homicidium ex quibus excuſetur à pœna mortis. Concl.143.* *Vim vi quando repellere liceat. Concl. 213.*

## Honeſtas maior requiritur in muliere, quam in homine, & qualiter probetur, Concl.156.

MAIOR † honeſtas, & caſtitas conuenit mulieri; quã homini, 1
& ſexui fœmineo, quã maſculino, propter maiorẽ imbecillitatem. Alex. *conſ.24. Animaduerſis. num. 32. ver. & præſertim, libr. 2.* allegat

âllegat gloſſ.in *l.palam.* §.*penul.in v. ſecus eſt in maſculo.ff. de ritu nupt.*
2 †Probatur honeſtas vitæ per teſtes ſingulares, deponentes de a-
ctibus honeſtatis, ſicut inhoneſtas, facit Alex.*conſ.*13.*Attentis, circa*
3 *fi.lib.*7. † Et è conuerſo inhoneſtas vitæ probatur ſecundum Alex.
*conſ.*13.*Attentis, circa fin.n.*24.*ver.vnde cum in caſu noſtro, lib.*7. per te-
ſtes ſingulares, & in genere; & ſufficit, quod vnus teſtis deponat
* 4 de vno actu inhoneſto, alius de alio, & dicit*communem. †Item
ſi probatur, quod mulier ſola cum ſolo viſa eſt, quod fuit deoſcu-
lata, & paſſa eſt ſe tangi inhoneſte, ſi quis deponat ſe cum ea habu-
iſſe rem carnalem, ſi in lecto fuit viſa cum iuuene, & teſtes ſocii
criminis probant. Alexand.*conſ.*13.*in fin.lib.*7.vbi quod fama mul-
tum releuat.

## Hoſpitale non poteſt ædificari ſine licentia Epiſcopi, & quando ſecus, Concluſ.157.

1 HOSPITALE † nõ poteſt conſtrui ab aliquo ſine licẽtia Epiſco-
pi, ideo ſi laicus inſtituat hæredem cum onere, quod intra ã-
nũ teneatur cõſtruere Hoſpitale à die mortis teſtatoris, alias ſit i-
pſo iure priuatus hæreditate, nõ priuatur ſi nõ poteſt habere licẽ-
tiã ab Epiſcopo, quia ſine tali licentia nõ poteſt cõſtruere. Roma.
2 *cõſ.*409.*Quoad primum n.*10.*v.quoad tertium.* †Declara; quia ſi Epi-
ſcopus nõ vult dare licentiã, tenetur hæres conſtruere eo modo,
quo poteſt, videlicet oratoriũ, & Hoſpitale prophanum, quia ſi
nõ poteſt eo modo, quo teſtator voluit, tenetur tamen exequi eo
modo quo poteſt. Rom.*conſ.*409.*in fi.v.dico etiam*, & erit propha-
3 nũ, ſi ſine licentia Epiſcopi, & non habeat formã Eccleſiæ. †Am-
plia; quia nõ ſolum requiritur Epiſcopi conſenſus, & licẽtia in cõ-
ſtructione Hoſpitalis, ſed imo poteſt Epiſcopus commutare lo-
cum, in quo debet conſtrui, contra mentem teſtatoris, & hæres
tenetur exequi in loco commutato ab Epiſcopo. Rõ.*d. conſ.* 409.
4 *n.*11.*v.dico tamen.* vbi apoſtill.in *ver.facere*, dat concordantes. † De-
clara tamen ampliationem, quia pœna teſtatoris non eſt repetita
in commutatione facta ab Epiſcopo de loco. Rom. *d.conſ.*409.*n.*
5 11.*v.ſubdens notabiliter.* † Limita in Hoſpitali ſimplici, & prophano,
quia quilibet poteſt illud ad placitum ſuum conſtruere ſine Epi-
6 ſcopi licentia. Rom.plene *conſ.*477.*In caſu propoſitæ. in prin.* † Extẽ-
de, vt idem ſit in oratorio priuato, quia ſine licentia Epiſcopi po-
teſt à quocunq; conſtrui, vt in eo oretur, non autem vt in eo Miſ-
ſa celebretur, quia hoc fieri nõ poteſt ſine licentia Epiſcopi. Rõ.*d.*
*conſ.*477.*n.*2.*ver.quinimo & ſi ſine.* Vide, *Eccleſia, & oratorium nouum*
*quando ædificari non poßint.Concl.*23. Vide, *Hoſpitale ad vſum pauperum*
*deſtinatum non eſt in poteſtate fundatoris.Concl.*167. Vide, *Laicus quali-*
*ter conſtrui facere poßit locum pium, vel monaſterium.Concl.*5. Vide, *Ora-*
*torium in quibus differat ab Eccleſia, & quid ſit.Concl.*176. Vide, *Legatum*
*factum Eccleſiæ certæ vel incertæ, quando valeat, vel non.Concl.*46.

## Hoſpitale quando dicatur laicale, & quando Eccleſia-ſticum. Concl. 158.

1 HOSPITALE † de ſui natura dicitur laicale, quãdo cõmittitur
in guberniũ laicis, & aliis. Cald.*conſ.*65.*per tot.*alias *vnicum.de*
2 *ſuppl.negl.prælat.* † Amplia, vt procedat, vt etiam dicatur laicale, &
prophanũ, licet cõmittatur aliquando clericis, vel presbyteris y-
ti bonis viris. Cald.*d.conſ.*65.*circa med.v. & licet in caſu noſtro*, alias 1.
3 *de ſuppl.negl.prælat.* † Amplia, quia Hoſpitale prophanum dicitur,
quando nõ fuit fundatũ authoritate Epiſcopi, ſed ſine authorita-
te, tunc nec nominatur Hoſpitale, ſed eſt locus mere prophanus,
non ſunt perpetua, nec capacia legatorum. Cald.*conſ.*352. alias 23.
*de teſt.* & quod Hoſpitale ſit prophanum, quando Epiſcopus non
ponit primum lapidem, quia ad hoc, vt Canonicum, & Eccleſia-
ſticum ſit, debet fundari authoritate Epiſcopi, ideo Hoſpitalia,
quæ habentur in domibus laicorũ, ſunt prophana laicalia. Bald.
*conſ.*319.*Præmittendum eſt, circa prin.v. debebit ergo.lib.*5. Ang.*conſ.*117.
*An.Canonica, col.*2.*v. ſed dubitari poteſt*, vbi quod ſi non ſunt fundata
authoritate Epiſcopi, ideo non ſunt pia loca, ſed prophana, & in
4 dominio priuatorũ. Caſtr.*conſ.*167.*lib.*2. † Adde Bald.*conſ.*5.*Quidã*
*ciues poſt med.lib.*3.*v.nec ratione loci*, vbi, quod Hoſpitale dicitur pro-
phanum, quãdo fuit cõſtructũ à laicis ſine authoritate Epiſcopi,
& nõ habet altare, ideo nõ eſt publicum; tamẽ cum ſit licitum, ei
5 legari poteſt, & ita Zaba.*conſ.*121. † Declara tamẽ, quia Hoſpitale
dicitur locus pius, & Eccleſiaſticus, nõ prophanus, quãdo acceſſit
authoritas Epiſcopi, & fuit reſeruata adminiſtratio, & guberniũ,
ac ius patronatus illis de familia ex mente teſtatoris, tamen com-
mittitur laicis iuxta mentem teſtatoris per ordinarium loci, Bald.
*conſ.*167.*Factum ſuper quo, lib.*4.vbi, quod ſi ratione ętatis patronus
nõ eſt idoneus ad guberniũ, vel alias, cõmiſſo debet alteri fieri, &
in dubio ſeniori eſt faciẽda. † Amplia, quia in tãtum Hoſpitale nõ 6
fundatum authoritate Epiſcopi eſt prophanum, vt neq; pius lo-
cus dici poſſit, neq; ſit ſub cura Epiſcopi, neq; ſub gubernio illius.
Ang.*conſ.*117.*col.* 2. *ve. ſed dubitari, vſque in fin.* vbi dicit cõtraria quæ
allegari poſſunt, loqui in Hoſpitalibus authoritate Epiſcopi con-
ſtructis; vel ſaltem à teſtatore diſpoſitis, quia ſi Epiſcopus habet
curã, & ſunt prophana, id prouenit ratione teſtamenti diſponen-
tis, de conſeruatione Hoſpitalis, cuius exequutio ſpectat ad Epi-
ſcopum, Caſtr.*conſ.*351.*in prin.lib.*1. Rom.*conſ.*477.*In caſu propoſitæ.*
*n.*6. † Cõtrarium, quod imo eſt locus pius, quia in eo exercentur 7
opera pietatis, licet nõ ſit Eccleſiaſticus, Caſtr.*d.conſ.*167.*n.*4.*vſq;*
*in fin.lib.*2.vbi, quod ita debent intelligi tenentes cõtrariũ. † Extẽ- 8
de, quia talia Hoſpitalia laicalia ſine authoritate Epiſcopi funda-
ta non ſubſunt Epiſcopo, & non debetur quarta Epiſcopo de le-
gatis eis factis, quia non ſunt de iuriſdictione Epiſcopali. Zabar.
*conſ.*121.*per tot.*maxime *n.*2. Caſtr.*conſ.*351. *Quæritur.lib.*1. Rom.*conſ.*
477.*n.*14.*& ſeq.*vbi latiſſime, vbi *n.*15.inſerit *conſ.Cald.*23.*de teſtam.*
qui tenet idem, & cõprobat Rom.in *conſ.*477.per ſex fundamen-
ta, & ibi apoſtil.in *v.hoſpitalitatem.* † Extende, quia in hoſpitali lai- 9
cali, & prophano non poteſt conſtrui Eccleſia, neque campanile,
neque cœmiteriũ, neq; altare, neque ibi celebrari, & ſi aliquod ex
eis ibi eſſet, præſumeretur auctoritate Epiſcopi erectũ, Caſtr.*conſ.*
167.*n.*4.*lib.*2.plene etiam Rom.*conſ.*477.*In caſu propoſito n.*2.*& ſeq.*
& ſi aliquod de prædictis concurrat, præſumitur authoritate E-
piſcopi erectum. † Extende, quia non gaudet immunitate eccle- 10
ſiaſtica Hoſpitale prophanum. Rom.*conſ.*477.*n.*2.*in fin.cum ſeq.*&
plenius *n.*6.*v.vnde id*, vbi quod fugiens ad illud poteſt extrahi à iu-
dice laico, ſecus ſi eſſet Hoſpitale eccleſiaſticum. † Extende, quia 11
licet de iure Ciuili in Hoſpitali prophano, & oratorio liceat mor-
tuos ſepelire, ſecus tamen eſt de iure Canonico. Rom.*d.conſ.*477.
*n.*3. † Extende, quia non gaudet priuilegio piæ domus. Rom.*d.con.* 12
477.*n.*6.*v.tertio.* † Extende, quia præſidentes eidem non gaudent 13
priuilegio clericorum. Rom. *d.conſ.*477.*n.*6.*v.& ideo præſidentes.* † 14
Et ideo etiam capellæ, & oratoria, quæ communiter fiunt in ma-
gnis palatiis, non dicuntur loca religioſa, Rom.*d.conſ.*477.*n.*7.*ve.*
*tertio iſta.* † Extende, quia non ſunt capacia legatorum iſta Hoſpi- 15
talia laicalia, quia non Hoſpitalia, ſed domus appellantur, vt te-
net Cald.*conſ.*23.*de teſtam. in fin.*quod cõſilium inſeruit Romanus
ſuo *con.*47.*n.*15 & in fine hoc tenet, quod non acquiritur ipſi Ho-
ſpitali prophano, ſed laico patrono, vbi apoſtil. in *v. ad hoſpitalita-*
*tem*, dat concordantes. † Extende, quia remanent ſub dominio 16
laicorum, & iuriſdictione laicali, tam in ciuilibus, quam in crimi-
nalibus, & ex delicto poſſunt deſtrui. Bald.*conſ.*465.*In ciuitate Bri-*
*xiæ.n.*3.*v.aut iſtæ vniuerſitates.lib.*1. † Extende, quia ſi Hoſpitale non 17
habet altare, neque formam eccleſiæ, & non eſt fundatum cum
authoritate epiſcopi, in tantum eſt locus prophanus, vt poſſit ali-
enari, & epiſcopus in eo nullam habet iuriſdictionem, quia qui-
libet in domo ſua poteſt conſtruere Hoſpitalia prophana ad libi-
tũ ſuũ. Zabar.*d.conſ.*121.*n.*3. † Extende, quia iſta Hoſpitalia, & loca 18
prophana erecta à laicis tanquã loca prophana poſſunt per erigẽ-
tẽ reuocari, Caſtr.*conſ.*351.*Quæritur.in prin.lib.*1.*& conſ.*359.*primo eſt*
*ſciendum.in fin.lib.*1. Rom.*conſ.*477.*n.*5. † Imo poſſũt deſtrui, & bo- 19
na alienari ſine ſolemnitate. Caſtr. *conſ.*167. *in fin. lib.*2. Rom.*conſ.*
477.*n.*5. † Limita, ſi confertur in titulum clericis, quia tunc dici- 20
tur Eccleſiaſticum, & in eo habent locum iura loquentia de be-
neficio Eccleſiaſtico. Cald. *conſ.* 65. *per tot.*alias *vnic. de ſuppl.neglig.*
*prælat.* † Limita, quia ſi ab Epiſcopo ſũt adminiſtrata, ſunt religio- 21
ſa, & ſub iuriſdictione Epiſcopi, quia eius auctoritate præſumun-
tur erecta, & ideo rector talis Hoſpitalis, licet ſit laicus, ſubeſt E-
piſcopo in quatuor caſibus; primo, ſi agitur de rebus Hoſpitalis:
ſecũdo, ſi agatur de reſpectante principaliter ad pauperes: tertio,
ſi eſſet oblatus Hoſpitali: quarto, ſi miſerabilis perſona: extra iſtos
caſus ſubeſt laico iudici. Caſtr. *conſ.*351. *Quæritur. lib.* 1. Vide con-
cluſionem proxime ſequentem.

## Hoſpitalia quando ſubſint Epiſcopo, vel non, & quando Eccleſiaſtica ſint, vel laicalia, iuris interpretatione. Concluſ.159.

HOSPITALIA † erecta cũ Eccleſia, vel altari, ſeu auctoritate E- 1
piſcopi, dicuntur loca religioſa, & ſubſunt Epiſcopo, gloſſ.in
*Clem.quia contingit.de relig.domib.in v.altaria.* Lap.*alleg.*42.*in prin.ver.*
*ad quorum.& in fin. ve.ad tertium*, dicit, quod Epiſcopus deputando
Capellanum, qui infirmis miniſtret ſacramenta, poterit corrige-
re, & amouere, non tamen exigere aliquid vltra ſolitum. Fed. de
Sen.*conſ.*111. *Quæſtio talis, in prin. & n.*2.allegat tex.in *cap.ſi iudex lai-*
*cus, de ſent.excom.in* 6.Ant.de Butr.*conſ.*40.*n.*2.*ve.quinimo, & per tot.*

2 † Extende; vt imo etiam Hoſpitale ædificatum à laico ea lege, quod non ſit locus religioſus, neq; Epiſcopo ſubſit, tamen erit locus religioſus, & ſub Epiſcopo, quia non poteſt laicus contra legem facere, ideo Epiſcopus compellet hæredes defuncti ad exequendam mentem, & diſtribuendum ea, quæ ad hoſpitalitatem ſunt ordinata. Cald. *conſ.* 417. alias 1. *de relig. domib.* vbi maxime hoc procedit, quando voluit, quod præficeretur illi ſacerdos, & ſi intra duos menſes non prouideretur de ſacerdote; prouiſio ad Epi-
3 ſcopum deuoluatur. † Imo etiam ſi teſtator voluit, quod gubernium ſpectaret ad ſuos hæredes maſculos, vel alios; tamen Epiſcopus poteſt tale Hoſpitale viſitare; & procurare, quod pia mēs exequatur, & ſi hæredes non ſunt habiles ad gubernium propter ætatem, vel alias, debet ordinarius alium gubernatorem deputare; & in dubio ſenior eſt dignior, & maſculus debet præferri fœminæ. Bald. *conſ.* 167. *per tot. li.* 4. vbi, quod licet ius patronatus non poſſit violari per ordinarium, tamen poteſt gubernium ex cauſa denegari, quia æquiparatur commiſſio Hoſpitalis tutelæ, quia ſi
4 legitimus nō extat, deuenitur ad datiuum. † Extende; quia ſi priuatus faciat oratoriū in Eccleſia, in quo mandauit celebrari quotidie per ſacerdotes deputandos per ſyndicos certæ fraternitatis, & deputauit certos redditus annuatim dandos per dictos ſyndicos, ſi Epiſcopus erexit in beneficium Eccleſiaſticum perpetuū, non fecit contra mentem teſtatoris, quia ex quo eſt deſtinatum ad perpetuam celebrationem, & conſtructum in Eccleſia, eſt beneficium, & ſi repugnaret mens teſtatoris, nō valeret. Caſtr. *conſ.*
5 359. *Primo eſt ſciendum. per tot. lib.* 1. † Imo fortius dicit Caſtr. *d. conſ.* 359. *col.* 2. *li.* 1. *ver. ad iſtam partem*, quod ſi priuatus faciat oratorium, cui deputet perpetuum miniſtrū, qui ibi celebret, iſtud ſtatim eſt ſacrum, & in poteſtate Epiſcopi quoad inſtitutionem, & procurationē presbyteri; quia videtur laicus ſic ordinando oratorium
6 ordinare in forma Eccleſiæ. † Aliqua ſunt Hoſpitalia non ſubiecta Epiſcopo, qñ illius auctoritate non ſunt erecta, prout qñ quis deputat domū ſuā, & res ſuas ad hoſpitalitatē pauperum; quod permiſſum eſt cuicunq;. Lap. *alleg.* 442. *quæritur de trib. n.* 1. *ver. aliquando non ſunt.* Fed. de Sen. *conſ.* 130. *per tot.* Cald. *conſ.* 352. *in fi.* alias 23. *de teſtam.* Caſtrenſ. *conſ.* 351. *lib.* 1. Roma. *conſ.* 477. *In caſu propoſi-*
☞ *tæ.* Vide, *Hoſpitale quando dicatur laicale. Concl. proxima præced.* † De-
7 clara tamen, quod talia loca dicuntur prophana, & non vocantur Hoſpitalia, quando ſine licentia Epiſcopi ſunt deputata, imo nō ſunt perpetua, ſed manualia, & non ſunt capacia relictorum. Cald. *conſ.* 352. alias 23. *de teſtam.* imo in iſtis ſuccedunt hæredes tāquam in bonis hæreditariis. Cald. *conſ.* 417. *in fi.* alias 1. *de relig. domib.* Caſtr. *conſ.* 351. *Quæritur an laicus. li.* 1. vbi etiam dicit, quod talia
8 loca prophana deſtinata ad hoſpitalitatē poſſunt reuocari. † Differunt, quia Religioſa, & Eccleſiaſtica Hoſpitalia poſſunt habere altare, & Capellanū, qui celebret continuo infirmis. Lap. *d. alleg.* 42. *in pr. ver. primo caſu*, vbi *n.* 2. *v. & quod dixi*, declarat prædicta cōpetere ex priuilegio, vel conſuetudine; aut præſcriptione, vel de conſenſu parochiæ, ſub qua eſt, & *n.* 3. *ver. ſi autem locus.* dicit, quod Epiſcopus etiam ex cauſa poteſt concedere, vt Capellanus mini-
9 ſtret ſacramēta pauperib. ēt inuito parocho. † Hoſpitalia ꝓphana non poſſunt habere altare, neq; capellanum, qui celebret, ſed poteſt Epiſcopus cōcedere in eo oratorium, etiam quod Capellanus in eo celebraret cum altari viatico, ſeu portatili, Lap. *alleg.* 42. *n.* 2. *v.* 2. *caſu.* vbi ponit differentiam inter oratoriū & Eccleſiā, iuxta not. in *c. fi. de cenſib. & n.* 3. *ver. venio. ad quæſita*, dicit, quod efficeretur religioſus locus, ſi iſta concederētur, altare perpetuum, & Capellanus de conſenſu parroni, ſecus ſi altare viaticum, concord. Feder. de Sen. *conſ.* 130. *per tot.* vbi ponit ſigna ad cognoſcendum, quod ſit prophanum, quando non habet altare, nec campanile, nec ſigna loci Eccleſiaſtici, nec apparet conſtructum de licentia ordinarii, & quod ſolum oratorium in Hoſpitali non faciat locum Eccleſiaſticum, tenet Fed *conſ.* 151. *n.* 5. *verſ. ad hoc. colu.*
10 *pen.* † Item vltra ſigna loci eccleſiaſtici, quæ non habet, confert ad iudicandum, quod ſit Hoſpitale prophanum, ſi rector apponitur, & remouetur per laicos ſine Epiſcopo. Rom. *conſ.* 477. *n.* 8. *v.*
11 *quarto.* † Item, ſi pro bonis talis Hoſpitalis ſoluūtur collectæ, prout de aliis bonis laicorum. Rom. *d. conſ.* 477. *n.* 9. *ver. item ſi ex bonis.*
12 † Item ſi laicus rector deputatur, Rom. *d. conſ.* 477. *n.* 10. *verſ. item*
13 *ſi oratorium.* † Declara; quia Hoſpitale pauperum, quod non apparet, neq; religioſum, neq; prophanum, qualiter ſit iudicandū, dic, quod ſi habet faciem loci eccleſiaſtici, iudicatur, & præſumitur eccleſiaſticum; ſi vero non habet ſigna loci eccleſiaſtici, tunc iudicatur prophanum. Fed. de Sen. *conſ.* 111. *Quæſtio talis. in prin.* vbi, quod iſta procedunt, ſi auctoritate Epiſcopi, non apparet conſtructum; quia ſi conſtat, quod auctoritate Epiſcopi, tunc eſt ec-
14 cleſiaſticum, hoc eſt, locus religioſus. † Imo Rom. *d. conſ.* 477. *nu.* 13. *ver. iis autem. & n.* 14. dicit, quod concurrentib. hinc inde ſignis; quod ſit eccleſiaſticum, & laicale, iudicari debet prout maiora ſigna, ſeu plura ſigna conueniunt. † Et dicitur eccleſiaſti- 15
cum, ſi habet eccleſiam, & non ligatur ſtatutis laicorum, & idē, ſi nō habet eccleſiam, dummodo auctoritate Epiſcopi ſit fundatum, Ant. de Butr. *conſ.* 40. *n.* 2. † Et quod Hoſpitale dicatur lai- 16
cale, quando non conſtat, quod auctoritate Epiſcopi, & nō habet formam eccleſiæ. Rom. *conſ.* 409. *quoad primum. in fin. nu.* 12. *ver. dico etiam.* † Signa quod ſit Hoſpitale eccleſiaſticū, ponuntur per Fed. 17
de Sen. *d. conſ.* 111. *in pr. v. ſi autem diceretur*, vbi dicit, cognoſci, ſi appellatur Hoſpitale, & habet altare, & campanile allegat *ca. patentibus, de priuil.* Arch. in *c. nemo. de conſecrat. diſtinct.* 1. & idem, quod dicitur eccleſiaſticum ſi habet oratorium connexum, à quo denominatur, etiam via mediante, & oratorium eſt religioſum: itē ſi habet Campanile ſuper tecto cum campana, item ſi altare lapideum, prout eccleſiæ habent; item ſi in eo celebratur Miſſa, & confluunt ad eam Chriſti fideles, quia ex iis præſumitur locus religioſus. Cald. *conſ.* 420. alias 4. *de relig. domib.* Rom. *conſ.* 477. *nu.* 12. vbi citat & Fed. & Cald in dictis conſiliis, vbi apoſt. 2. in *ver. religioſum*, dat concor. † Alia etiam ſigna adducit Rom. *conſ.* 477. *n.* 18
3. videlicet ſi ibi ſepeliantur mortui, quia licet in loco prophano de iure ciuili poſſit induci ſepultura, tamen ſecus eſt de iure Canonico, & repetit à contrario, *n.* 11. quia ſi ibi non eſt cæmeteriū, eſt locus prophanus. † Item receptio primarum oblationum, o- 19
nus baptizandi, atq; ſepeliendi, licet non faciant eccleſiam curatam, tamen conſtituunt locum eccleſiaſticum & religioſum Roma. *d. conſ.* 477. *n.* 12. *ver. quamuis enim.* † Idem ſi Hoſpitali præfici- 20
tur ſacerdos, vel ſi mādatur prouideri intra certum tempus, alias ad epiſcopum deuoluatur prouiſio, quia tunc eſt eccleſiaſticum, etiam ſi teſtator aliter ordinaſſet in fundatione. Cald. *conſ.* 417. alias 1. *de relig. domib.* † Idem, ſi ſubſit epiſcopo, quia licet non ha- 21
beat ſigna loci eccleſiaſtici; attamē idē eſt; & ideo ſi epiſcopo ſoluit cenſum, quia videtur in ſignum ſubiectionis, præſumitur fūdatum cum auctoritate Epiſcopi, ex quo ſoluit cēſum; ita Ant. de Butr. *conſ.* 19. *n.* 19. *ver. ad nonum.* † Idem, ſi Hoſpitale habet eccle- 22
ſiā, & campanile, & ſigna loci eccleſiaſtici; quia præſumitur fundatum auctoritate epiſcopi, & eccleſiaſticum, Caſtr. *conſ.* 5. *Dicendum eſt. n.* 3. *verſ. nam Hoſpitale. li.* 2. vbi apoſt. in *verſ. Epiſcopi.* † Idem, 23
ſi habet aliquod ex ſignis prædictis, videlicet, vel altare, aut campanile, aut cæmiteriū, quia præſumitur tunc auctoritate epiſcopi erectum. Caſtr. *d. conſ.* 167. *in fi. li.* 2 vbi quod *clem. quia contingit. de relig. domib.* & quæ ibi not. in fi. hoc probant, & idem etiam firmat Rom. *conſ.* 477. *n.* 11. *ver. item ſi ibidem.* † Signa, quod ſit locus 24
prophanus, nec ſubſit epiſcopo, ſunt, quando in Hoſpitali nō eſt altare, nec campanile, nec alia ſigna loci eccleſiaſtici, nec apparet quod auctoritate Epiſcopi fuerit deputatus, nec extat memoria, quod Epiſcopus in eo iuriſdictionē exercuerit. Fed. de Sen. *conſ.* 130. *Factum eſt tale, in pr. & per tot.* vbi quod in aliquo non eſt Epiſcopo ſuppoſitum, eadem met ſigna recenſet ēt Ant. de Butr. *conſ.* 19. *nu.* 19. *v. ad nonū.* vbi ſi non habet altare, neq; campanas publicas, vel aliud ſignū eccleſiæ, nec eſt ab epiſcopo cōſecratū, & idē dicit Caſtr. *conſ.* 167. *Præſuppoſita*, *n.* 4. *li.* 2. eadem omnia ſigna ponit Cald. *conſ.* 410. alias 4. *de relig. domib.* vbi addit, qñ ſoluūtur collectæ laicales, item quando nō habet oratorium, item quando inſtitutio, & deſtitutio hoſpitalarii ſine Epiſcopo ſpectat ad laicos, vel ēt ſi habet oratoriū, quod regitur per laicū, itē, quādo nō habet cæmiteriū; nec ſepulturas, nec habet altare fixū. Bal. *conſ.* 5. *li.* 3. duo ponit, quando ſine auctoritate Epiſcopi eſt conſtructū, & nō habet altare. † Itē prophanum dicitur Hoſpitale, quādo in 25
eo ſuccedunt ab inteſtato hæredes, prout in aliis ꝓphanis Cald. *conſ.* 417. *in fi.* alias 1. *de relig. domib.* Vide, *Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici loci ſi-* ☞
*gna quæ ſint. Cōcl.* 21. † Amplia, ēt ſi epiſcopus de legatis piis ab ipſo 26
Hoſpitali prophano exegerit quartā, quia vltra quartā non exercebit iuriſdictionē aliquā. Fed. *d. conſ.* 130. vbi eſt caſus. † Declara, 27
quia regulariter iſta quarta nō debetur epiſcopo ab hoſpitali ꝓphano. Bal. *conſ.* 5. *Quidam ciues. lib.* 3. † Amplia in leproſariis, quia ſi 28
poſſunt habere eccleſiā, & tamē eorū collegiū nō eſt eccleſiaſticū. Fed. de Sen. *conſ.* 151. *n.* 5. *col. pen. circa fi. v. & facit quod.* vbi allegat Hoſtien. in *c.* 2. *de eccleſ. ædif.* & dicit hanc verā opinionē, & idē tenet Gemin. *conſ.* 5. *in fin.* vbi dicit hāc cōmunē, reprobato Innoc.
† Itē Hoſpitalia prophana poſſunt habere rectores ad nutum, ac 29
inſtitutionē, & deſtitutionē patroni, ſecus in eccleſiaſticis. Cald. *conſ.* 418. alias 2. *de relig. dom. in fi.* † Declara, qa ſi cauſa requirere- 30
tur legitima ad deſtitutionē, erit iudex Epiſcopꝰ, quāuis Hoſpitale ſit ꝓphanū. Cald. *conſ.* 418. alias 2. *de relig. dom. in fi.* † Reſtringe, qa 31
licet Hoſpitale cōmitti debeat certis perſonis ex mēte teſtatoris, qui ſint laici, tamē ſi nō ſunt idonei, cōmiſſio ſpectat ad epiſcopū,

qui

qui debet prouidere, & in hoc ex cauſa poteſt contrauenire mẽti
32 teſtatoris. Bald. d. conſ. 167. per tot. li. 4. † Limita extra Hoſpitale
pauperum, quia ſine licentia Epiſcopi non poteſt conſtrui mo-
naſterium neq; Eccleſia, neq; locus Eccleſiaſticus. Rom. conſ. 177.
33 Licuit ipſi. not. in pr. † Extende, quia Hoſpitale ſine licentia Epiſco-
pi non poteſt, niſi eſſet laicale, videl. ſine forma Eccleſię, conſtrui.
Rom. conſ. 409. Quoad primum. in 3. dubio. nu. 10. & ſequ. Vide, Laicus
qualiter poſſit conſtruere monaſterium, vel locum pium. Concl. 5.

## Hoſpitalia leproſorum qualia, & in quibus ſubſint Epiſcopo. Concl. 160.

1 HOSPITALE † leproſorum, etiamſi habeat Eccleſiam, dicitur
prophanum, & eius collegium nõ eſt Eccleſiaſticum. Hoſt.
in c. 2. de eccl. ædific. quem ſequitur Fed. de Sen. conſ. 151. col. pen. circa
fin. n. 5. ver. & facit. ſequitur Romanus conſ. 477. In caſu. n. 28. ver. vlti-
mo ad hoc accedat. vbi apoſt in ver. 45. quæ dat concord. vbi, quod
ſunt prophana, quia ſine authoritate Epiſcopi fundata ſunt, & id-
2 eo non tenentur ad quartam Epiſcopo debitam delegatis. † Li-
mita, quia poſſunt viſitari ab Epiſcopo, quia ad eum ſpectat, quod
bona ad vſus pios deſtinata diſtribuantur. Feder. de Sen. conſ. 111.
3 n. 2. ver. diceretur. † Extende, quia omnia Hoſpitalia quantũcunq;
prophana, ſubſunt Epiſcopo, vt poſſit quoad exequutionem pii
operis viſitare, & prouidere bono & recto guberno. Bald. conſ.
167. Factum ſuper quo, li. 4. in pr. & per to. vbi hoc ampliat, etiamſi te-
ſtator aliter ordinaſſet. Vide Concluſiones duas prox. ſeq. Vide,
Epiſcopus eſt exequutor legatorum, etiam incertorum pauperum. Concluſ.
293.

## Hoſpitalia pauperum in quibus ſubſint Epiſcopo, vel non Concl. 161.

1 HOSPITALIA † pauperum omnia ſubſunt Epiſcopo, in cuius
diœceſi ſunt ſita, & Epiſcopus poteſt viſitare illa, & curare,
quod teneantur ad eum vſum, ad quem ſunt deſtinata. c. 3. & 4. de
relig. domib Fed. de Sen. conſ. 111. in pr. & n. 2. vbi loquitur de omnib.
Hoſpitalib. & locis piis. Cald. conſ. 65. alias vnico de ſuppl. neglig. præ-
lat. circa finem, verſ. ideo licet teſtator, & conſ. 417. alias 1. de ſuppl. neglig.
prælat. Anch. conſ. 129. Super primo. nu. 8. & ſeq. Vide, Epiſcopo ſubſunt o-
2 mnia Monaſteria, Eccleſiæ, & loca religioſa ſuæ diœceſis. Concl. 245. † Am-
plia, quia quando ſunt Eccleſiaſtica, vel quaſi, vt quia fundata de
conſenſu Epiſcopi, vel quia habẽt faciem loci eccleſiaſtici, vel ha-
bent altare, & campanile, tunc Epiſcopus poteſt exigere procu-
3 rationem pro viſitatione. Fed. de Sen. d. conſil. 111. in pr. † Et tali ca-
ſu, quando cum authoritate Epiſcopi ſunt fundata, dicuntur loca
religioſa, quia eo ipſo, quod ad pios vſus fit aliquid cum conſenſu
& authoritate Epiſcopi, dicitur locus religioſus, & patronus do-
tans habet præſentationem rectoris, & Epiſcopus habet inſtitu-
tionem, & tunc ius patronatus laici dicitur ex gratia, & idẽ dicit,
quando dubitatur de authoritate Epiſcopi, quia ſi extãt ſigna lo-
ci Eccleſiaſtici, prout altare, campanile cum campana, & ſimilia
ſigna, præſumitur authoritas Epiſcopi. Abb. d. qu. 3. col. 9. circa fi. v.
ſi vero Hoſpitale eſt religioſum. vbi, quod clem. quia contingit, de relig. do-
4 mib. ad hanc diſtinctionem reducitur. † Amplia, vt quod dicitur
de viſitatione Epiſcopi, habeat locum etiam in locis, & collegiis
leproſorum, quia ad eum ſpectat diſponere, & ordinare, quod
bona locorũ piorum, & maxime, quæ prouenerunt ex eleemoſy-
nis, diſtribuantur in vſus deſtinatos. Fed. d. conſ. 111. n. 2. ver. & ſi di-
5 ceretur. † Amplia, quia quantumcunq; exempta ſint Hoſpitalia, &
loca Eccleſiaſtica, tamen Epiſcopus tanquã Sedis Apoſtolicæ de-
legatus poteſt illa viſitare, & alia facere, vt per Federicum conſ. 130.
6 circa fi. verſ. ſi vero præſupponimus. † Amplia, quia Epiſcopus eſt iudex
competẽs an ſubſit legitima cauſa amouendi inſtitutum ab Ho-
ſpitali prophano, in quo teſtator diſpoſuit poſſe inſtitutum amo-
7 ueri ex legitima cauſa. Cald. cõſ. 418. in fi. alias 2. de relig. domib. † Li-
mita, niſi ſit Hoſpitale prophanum ſine altari, campanili, & ſine
ſignis loci Eccleſiaſtici; quia ſi non apparet, quod authoritate E-
piſcopi ſit fundatum; tunc Epiſcopo non ſubeſt in aliquo, etiãſi
Epiſcopus ab eo exegerit quartam legatorum; quia quoad quar-
tã tm̃ dicitur præſcripſiſſe. Fed. de Sen. conſ. 139. Factum eſt tale, per
totum, & conſ. 151. n. 5 ver. ad hoc facit, col. pen. circa fin. Bald. conſ. 5. lib. 3.
vbi quod nõ ſubeſt in aliquo, niſi in quantũ Epiſcopus poteſt pro-
uidere, vt ſeruetur hoſpitalitas, & amouere adminiſtratores ex
cauſa, vt alii ponantur. Vide; Pia loca quæ ſint. Concl. 338. † Declara,
8 quia licet Epiſcopus non poſſit diſponere de Hoſpitalib. propha-
nis, tamẽ ſaltẽ exequutor omniũ vltimarũ voluntatũ ad pias cau-
ſas, poterit prouidere, quod bona diſtribuantur iuxta inſtitutio-
nẽ, & ſeruetur hoſpitalitas, & alia debita exequãtur. Cald. conſ. 65.
circa fi. verſ. ideo licet teſtator, alias 1. de ſupplen. neglig. prælat. & idem te-
net conſ. 417. alias 1. de ſupplen. neglig. prælat. Bald. conſ. 5. Quidam ciues,
in fin. li. 3. Anch. conſ. 129. nu. 8. verſ. deſcendo. vbi quod in caſu negli-
gentiæ poteſt, alias non. † Declara plenius, vt per Abba. in ſua diſ- 9
put. 3. Sempronius, col. 8. n. 13. & ſeq. ver. ad terium dubium, vbi allegat
pro vtraque parte, & diſtinguit, quod ſunt duo genera Hoſpita-
lium prophanorum, primum eſt, quando quis viuens ordinat ſi-
ne licentia epiſcopi, quod in domo ſua fiat Hoſpitale prophanũ,
& iſtud Hoſpitale dicitur in libero dominio ordinantis, & mere
prophanum, & epiſcopus non poteſt viſitare, neque aliquid exi-
gere, & ipſe ordinans ponit rectorem, vel cuſtodiam ſua authori-
tate, & poteſt illam amouere, imo Hoſpitale deſtruere, & hanc
communem * eſſe Innoc. & aliorum opinionem, & c. inter dile- *
ctos, de donat. & ita Abbas d. qu. 3. col. 9. ver. condeſcendo, vbi, quod lai-
cus fundans non dicitur patronus, ſed abſolute dominus. † Se- 10
cundum genus Hoſpitalium prophanorũ eſt, quando à laico ſine
licentia Epiſcopi inſtituuntur, ſed in vltima voluntate, & licet pa-
riter iſta Hoſpitalia ſint mere prophana, & inſtituẽs ſit dominus,
& poſſit apponere rectorem, & miniſtrũ ſua authoritate, & epi-
ſcopus non poſſit aliquid exigere, vel ordinare in dicto Hoſpitali
prophano; tamen poteſt tanquam exequutor vltimarum volun-
tatum ad pias cauſas illud viſitare, & dirigere ſecundũ voluntatẽ
defuncti, & ſi reperit rectorem male adminiſtrare, poterit illum
amouere, & alium deputare, & inſtituere, pro illa vice; etiã ſi pa-
tronus, qui tale Hoſpitale inſtituit, contrarium ordinaſſet, vt in
auth. de eccl. tit. §. ſi quis ædificationem, ita Abb. d. qu. 3. col. 9. ver. condeſcẽ-
do, & in fi. dicit, quod clem. quia contingit, & omnia iura de hac ma-
teria loquentia reducantur ad hanc concordiam. † Limita, quia 11
Hoſpitalia non fundata authoritate epiſcopi, & mere prophana
non ſubſunt epiſcopo, neq; poſſunt viſitari, vel gubernari, neque
ſoluunt quartam delegatis. Ang. conſ. 117. An canonica, per tot. maxi-
me col. 2. ver. ſed dubitari vbi, quod neq; ſunt loca pia, ſed propha-
na, & in dominio priuatorum. † Contrarium, quod ſint loca pia, 12
& exempta ab oneribus laicorum, & epiſcopus in caſu negligen-
tiæ poſſit exequi mentem fundatoris. Anch. conſ. 129. per tot. vbi la-
te, & loquitur in loco laicali ſine epiſcopo fundato, cum pacto,
quod per laicos gubernetur. † Declara tamen, quod talia Hoſpi- 13
talia ſubſunt epiſcopo, quãdo ſunt fundata, & diſpoſitum eſt cir-
ca ea per teſtamentum, quia tunc epiſcopus poteſt illorum curã
habere ratione vltimæ voluntatis. Ang. d. conſ. 117. in fi. verſ. quidam
tamen. Vide Concluſ. prox. ſeq. Vide, Epiſcopus eſt exequutor legatorũ.
Concl. 193. n. 11. & ſeq.

## Hoſpitalia pauperum in quibus non ſubſint iuri communi. Concl. 162.

CAP. quia propter, & † c. ne pro defectu, de electio. non habẽt locũ 1
in Hoſpitalibus. Fed. de Sen. conſ. 280. in fi ſub ver. forte, & hoc
ne diutius vacatio duret in eligendo rectore, intellige de colle-
giato, quia alias eſſet ſine dubio & de electiuo; & intellige de Ho-
ſpitali, quod non confertur in titulum. Cald. conſ. 65. in pr. alias 1. de
ſupplen. neglig. prælat. † Clem. 2. de ætate, & qualitat. non habet locum 2
in Hoſpitalibus. Feder. de Senis d. conſ. 280. in fin. & intellige de
collegiato, & electiuo. Cald. conſ. 65. alias 1. de ſupplen. neglig. prælat.
vbi, quod non habet locum, quando non ſunt conferenda in ti-
tulum, ſed quando committitur in regimen. † Declara, quod li- 3
cet non habeãt locum iſti iura, tamen epiſcopus poteſt tanquam
exequutor pauperũ, præcipere illis, ad quos ſpectat, vt prouideãt,
alias ipſe prouidebit ipſis negligentibus. Cald. conſ. 65. in fin. ver. ad
præmiſſa igitur dico, quod eſt vnicũ, de ſupplend. negligen. prælator. † Cap. 4
2. de conceſſ. præben. & iura per quæ deuoluitur prouiſio beneficio-
rum ad ſuperiorem ob negligentiam inferiorum, non habent lo-
cum in hoſpitalibus, quæ non conferuntur in titulum; quia non
ſunt beneficia. Cald. d. conſ. 65. alias vnico. de ſupplen. neglig. prælat. per
totum. Vide Concl. prox. ſeq.

## Hoſpitalia pia loca dicũtur, & quæ priuilegia habeant. Concl 163.

HOSPITALE † dicitur locus pius, & venerabilis locus, clem. 2.
& ibi Anchar. & alii. de relig. domib. c. quidã 12. q. 2. c. xenodochiis, 1
de relig. domib. Bald. in l. orphanotrophos, in fi. C. de epiſcop. & cleric. & in
auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid. Alexand. conſ. 120. Super eo quod quæritur,
colum. 1. & 2. li. 1. & conſ. 151. Viſis dicto themate. Abb. poſt. Butrium in
cap. ex litteris. in 2. notab. de conſuet. & conſ. 14. col. 2. & conſ. 32. colu. final.
& conſil. 102. colum. 2. lib. 2. Bald. conſ. 124. In ciuitate Brixiæ li. 3. Cor.

conſ.206.li.1.& conſ.13.li.3.Capr.conſ.54.colum.penul.plene Dec.conſ.
488.In cauſa,in pr. qui loquitur in Hoſpitali Sanctæ Mariæ Nouę,
de Hoſpitali nuncupato,Cipo Prati.Anch.conſ.129.Super primo de
hoſpitali Piſtorii.Fel.in ca.de quarta.n.12.ver.tertia declaratio, de præ-
2 ſcript.† Extende, quod Hoſpitale prophanum, & laicorum non
fundatũ authoritate Epiſcopi ſit locus pius, quia in eo opera pie-
tatis exercentur, tenet Caſtr. conſ.167. Præſuppoſita pro vera,prope fi.
ver.præterea non eſt verum,li.2.vbi apoſt. adhoc citat Corn. conſ.308.
n.9.li 3.& hanc partem admittit Rom. conſ.477.In caſu.nu. 21.ver.
vnum eſt,vbi, quod eſt pius locus,& ibi apoſt.in ver.locum pium,al-
legat Tiraq.in tract.de pia cauſ.in præfat.ver.itẽ relictum Hoſpitali, qui
3 pro vtraq; allegat. † Contrarium, quod Hoſpitale prophanum
nõ ſit pius locus,tenent plures,quos citat Caſtr.d.conſ.167.in pr.
li.2.& hanc veriorem dicit apoſt.ad Rom.d.conſ.477.nu.21.in ver.
locum pium,allegat.Bald.conſ.465.In Ciuitate Brixiæ.lib.1. & conſ.319.
Præmittendum eſt,lib.5.Ang.in tract.de teſtam.gloſ. 25. item iuſſit,in fin.
Soc.conſ.15.col.penul.ver.poſtremo li.4. † Declarat idem Caſtr.d.conſ.
4 167.per totum, maxime in fin.lib. 2. quod Hoſpitale laicorum non
fundatum auctoritate Epiſcopi non eſt Eccleſiaſticum,ſed pium,
& ita debent contrariũ tenentes intelligi, quia cum in laicali ex-
erceatur hoſpitalitas,dicitur pius locus;quia opera pietatis in eo
exercentur.Vide plene per Anton.Gabr.li.6.tit.de pia cauſa Concl.
5 2.Hoſpitale an dicatur pius locus. † Et quod nõ habeat priuilegia piæ
domus.Rom.conſ.477.In caſu,n.6.vbi allegat Bal.in authen.hoc ius
6 porrectũ.C.de Sacroſanct.Eccleſ.†Declarat Alex.conſ.120.Super eo quod
in pr.li.1. vbi quod Hoſpitale dicitur pius, & venerabilis locus,&
æquiparatur Eccleſiæ, & diſpoſita in Eccleſia procedunt in ho-
ſpitali,ſed intelligitur de Hoſpitali fundato authoritate Epiſcopi,
ſecus eſt ſi non eſſet authoritate epiſcopi fundatum,ita Alexan.d.
conſ.120.n.3.ver.poſſet etiam reſponderi,vbi apoſt.in verſ.alias non.citat
plurimos conſulentes,& idem etiam tenet Alex.conſ.9.in pr.li.2.
7 late Fel.in c.de quarta.nu.9.ver.quinimo.de præſcript. † Contrarium
videtur ſentire ipſemet Alexan.conſ.209.Statutis.in pr.lib.2. quod
Hoſpitale ſit pius locus, & relictum factum pro anima Hoſpitali,
ſit pia cauſa,quia & Hoſpitale eſt pius locus,&legatum pro anima
eſt pia cauſa, & ſic ſimpliciter loquitur de Hoſpitali, & idem in
conſ.4.Viſo proceſſu.n.5.ver.quod autem,li. 3 vbi, quod eadem ſolem-
nitas,quæ requiritur in alienatione immobilium eccleſię,requi-
ritur in alienatione immobilium cuiuslibet Hoſpitalis, & pii lo-
8 ci.†Extende, quia Hoſpitalia, pia loca gaudent priuilegiis eccle-
ſiarum,l.omnia priuilegia & ibi Bar.& alii C.de Sacroſanct. eccleſ. tex.
in auth.de eccleſ.tit.§.fin.& in c.ex literis, vbi Abb.in 2. not.de conſuet.
Rom.conſ.389.Paucis agam.in pr.Abb.conſ.102.Circa perſonarum,col.
9 fi.n.5.li.2.Alex.plene conſ.9.Viſis dicto themate, in pr.li. 2. † Ideo in a-
lienatione bonorum Hoſpitalis requiruntur ſolemnitates, quæ
in alienatione bonorum eccleſiæ ſunt neceſſariæ.Bald.in auth.hoc
ius porrectũ.C.de ſacr.eccle.Canoni.in c.nulli.de reb.eccl. non alien.Ang.
in repet.l.1.C.de fid.inſtr.& iure haſtæ,li.10.Ant.de Butr.conſ.40.Nul-
la eſt dubitatio.Alex.conſ.4.Viſo proceſſu inter Io.nu.5. & ſeq.lib.3.& per
☞ tot.& conſ.9.Viſis.n.12.ver ſecundo principaliter.li.2.Vide, Alienatio bo-
norum eccleſiæ prohibita regulariter.Concl.273.n.21.& num.39.& ſeq.
10 in fin. † Item poteſt Hoſpitale reſtitui in integrum, ſicut eccleſia
Io.Andr.in c.2.de reſtit.in integr.li.6.Abbas in c.ex litteris,in 2. not. de
11 conſuetudine;† Item emphyteuſis conceſſa ab Hoſpitali dicitur ec-
12 cleſiaſtica.Alex.conſ.9.in pr.li.2.† Declara,vt præfata procedant in
Hoſpitali erecto, & fundato auctoritate epiſcopi,alias non.An-
char.conſ.129.Caſtr.conſ.167.lib.2.Roman.conſ.477.In caſu propoſi-
tæ,in pr.& nu.6.ver.tertio probatur.Alex. conſ. 120. Super eo quod.n.3.
lib.1.vbi apoſtil.in ver.alias,adducit plures concor.vltra præfatos,
videlicet Iaſ.conſ.218.li 2.Curt.Iun.conſ.20.in pr.Alex.conſ.9.Viſis
dicto themate,vol 2.in prin. late Fel.in c.de quarta.num. 9. ver. quia imo.
13 de præſc. † Declara,quia prophana mere non habent priuilegium
☞ eccleſiæ,quia imo poſſunt alienari.Vide, Alienatio bonorum eccleſiæ
14 prohibita,d. Concl.273.† Amplia, quia in fauorabilibus veniunt in
diſpoſitione loquente de eccleſiis,ſecus in odioſis.Vide, Hoſpita-
15 lia an veniant appellatione eccleſiarum.Concl.166.† Amplia,quia ſicut
donatio omnium bonorum pręſentium,&futurorum, valet fa-
cta eccleſiæ, ita etiam facta Hoſpitali,prout Dec.conſ.488.n.4.&
16 5.Ruin.conſ.7.lib.3.n.16. Abb.conſ.102. in pr.li.2. † Extende, quia
ſicuti dominium transfertur in eccleſiam ſolo titulo, ita in Ho-
ſpitale,ideo pręfertur eccleſia,&Hoſpitale,cui primo eſt facta vẽ-
ditio,vel conceſſio, licet ſecundo ſit tradita poſſeſſio; Ruin. conſ.
17 7.n.17.lib.3.† Extende, quia Hoſpitalia eccleſiaſtica gaudent pri-
uilegiis eccleſiarum, quia non ſubſunt poteſtati ſeculari,ſed ec-
cleſiæ.Ant.de But.conſ.40 n.2.ver.idem concludit,& conſ.62.n.2.vbi
18 plene apoſt.in verb Hoſpitalia,dat concordant.†Item gaudent ple-
na immunitate eccleſiaſtica.Ant.de Butr.d.conſ.40.nu.2.ver.hinc

eſt,vbi,quod imo non ſubiacent miſſioni, prout eccleſiæ.† Idem 19
quoad reſtitutionem in integrum, quæ cõpetit eccleſiis.Ant.de
Butr.d.conſ.40.n.3 † Idem quoad reſtitutionem ſpolii,quæ com-
petit eccleſiæ ex c.reintegranda.Ant.de Butr.conſ.62.n.2.† Amplia 20
in tantum vt conſuetudo contraria ſit caſſanda, prout de conſue- 21
tudine Bononiæ,quæ ſit caſſanda,dicit Ant.de Butr.d.conſ.40.in
fi.† Amplia,quia non valẽt ſtatuta,quod non poſſit alienari eccle-
ſiæ,vel Hoſpitali,ſeu pio loco,quia eſſet contra libertatem eccle- 22
ſiaſticã, quãdo in ſpecie loquitur:quando v.in genere, quod alie-
nari nõ poſſit non ſuſtinenti onera,non comprehendit eccleſias,
neq; Hoſpitalia,aut pia loca.Caſtr.conſ.5.Dicendũ eſt.n.2.li.2.† Am-
plia, quia de legatis factis Hoſpitali, & pio loco,non detrahitur 23
Trebellianica,ſicut neq; de legato Eccleſiæ.Caſtr.conſ.12.in fi.lib.
2.† Amplia, quia ſicuti Prælatus eccleſiæ cum Conuentu,vel Ca-
pitulo non poteſt confiteri in iudicio ſine conſenſu Eccleſiæ, vel 24
Capituli, ita neq; rector, vel rectrix Hoſpitalis habens Conuen-
tum,vel Capitulum Rom.conſ.389.Paucis agam, per tot.† Amplia, 25
quia ſicut Eccleſia non conficiens inuentarium, licet acceperit
hæreditatem,nõ obligatur vltra vires hæreditarias, ita neq; Ho-
ſpitale.Abb.conſ.102.Circa perſonarum,col.fi.num.4.in fi.ver.ſi autem
Hoſpitale,& n.5.li.2.† Amplia, quia ſicut confugiens ad eccleſiam 26
habet immunitatem, vt ſit tutus,ita etiam ſi aufugiat ad Hoſpita-
le,fundatum authoritate epiſcopi.Alex.d.conſ.9.Viſis dicto themate.
in pr.lib.2. Vide Concluſ.prox.ſeq. Vide, Pia loca quæ dicantur.Con-
cluſ.338.

## Hoſpitalia pauperũ à quib. ſint exempta. Concl. 164.

HOSPITALIA † pauperum,& alia loca deputata ad vſum pau- 1
perum ſunt exempta à quarta Epiſcopali,vel parochiali, de-
bita à legatis factis occaſione ſepulturæ.Federic.de Sen.conſ.101.
Queſtio talis eſt,n.2.ver.& prædicta maxime procedunt.Bald.conſ.5.Qui-
dam ciues,li.3.per tot.Vide, Quarta debita epiſcopo quando debeatur,& ex
quib.Concl.21.† Contrariũ, quod epiſcopus exigat quartã legato- 2
rum ab Hoſpitalib.pauperum,tenet Feder.conſ.111.num.3 ver.item
quoad quartam,vbi quod epiſcopus in præiudicium ſucceſſoris nõ
poteſt concedere exemptionem ab iſta quarta, & conſ.130.in pr.v-
bi quod epiſcopus ab Hoſpitali prophano exigebat quartam,ſed
ibi eſt contingentia in facto,non a.de iure.† Extẽde, quia epiſco- 3
po debetur quarta à religioſis, quibus Hoſpitale fundatũ fuit cõ-
miſſum per teſtatorem in adminiſtrationem, ſi tamen epiſcopus
ſimpliciter conſenſit erectioni dicti Hoſpitalis, ſibi præiudicauit
in ipſa quarta,Bal.conſ.160.Quidam in morte,in fi v.ad ſecundum pun-
ctum,li.5.† Amplia,quia nec ſoluunt decimas papales, quia ab eis 4
eximuntur per extrauagantem Bonifacii VIII. de qua per Fed.de
Senis d.conſ.101.in fi.ver.Et prædicta,maxime ſub n.2.& conſ.111.in pr.
ver.ad idem facit.& conſ.280.circa fi. † Declara, vt procedat reſpectu 5
reddituum neceſſariorum, & qui conſumuntur in pauperum
alimoniam,alias ſecus. Clem.fi.de decim.ita atteſtatur Fed.de Sen.
conſ.280.in apoſt.quæ incipit, Hoſpitalia, quod vidit Bullam Boni-
facii VIII.† Amplia in locis, & Hoſpitalib.prophanis, quia ſunt 6
exempta quoad omnia ab Epiſcopo, niſi quatenus contra ea ali-
quid præſcripſerit.Fed.de Sen.conſ.130.per tot.& conſ.151.num.5.col.
pen.circa fi.ver.ad hoc facit.† Declara tamen, quia exemptio iſta nõ 7
affert maius commodum locis ędificatis ſine epiſcopo,quam ha-
beant hoſpitalia cum conſenſu epiſcopi,quia etiam de relictis fa-
ctis Hoſpitalibus prophanis habet epiſcopus quartam.Cald.conſ.
352.alias 23.de teſta.† Amplia,qa hoſpitalarii deputati ad vſum, & 8
cuſtodiam Hoſpitalis ſunt exempti à guardiis Ciuitatis.Bald.conſ.
378.Gilius Andrutii,li.2.† Amplia, quia ſunt exempta ab omnibus 9
taleis & oneribus laicorum: Ideo ſi bona ſunt allibrata pro one-
ribus & inſtituatur Hoſpitale, & locus pius cum authoritate epi-
ſcopi,non tenebitur ad onera aliqua,non obſtante ſtatuto, quod
etiamſi bona tranſeant in exemptum, quod ſoluere debeant.Bal.
conſ.132.Caſus quidam.per tot.li.3.vbi loquitur in caſu ſtatuti Ponti-
ſtineri.Vide tres Concl.prox.præced.

## Hoſpitalia diuerſa Italiæ, quæ pia loca ſunt. Concluſ. 165.

HOSPITALE † S.Mariæ Nouæ Florentiæ eſt locus pius,& gau- 1
det priuilegio Eccleſiæ, Dec.conſ.488.in pr.Ruin.conſ.7.n.17.
& ſeq.li.3.† Prati extat Hoſpitale,quod dicitur Cipus,quod eſt lo- 2
cus pius,vt per Anch.conſ.129. Super primo.† Piſtorii aliud Hoſpi- 3
tale,q; dicitur Cippus,qui eſt locus pius, vt per Fel.in ca.de quarta,
n.12.verſ.tertia declaratio,de præſcript. † Piſarum Hoſpitale eſt Eccle- 4
ſiaſticum; quia non potuit priuari ob non reſidentiam, vel non
ob

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ob redditam rationem à Prioribus Piſarum; ſuper quo Alex. *conſ.* 1.*lib.*7.

## Hoſpitalia an veniant appellatione Eccleſiarum in reſeruationibus, & aliis diſpoſitionib. Concl. 166.

1 HOſpitale † non venit regulariter in reſeruatione eccleſia-
rum, monaſteriorum, & prioratuũ, facta per Papã; quia pia
loca ponuntur tanquam diuerſa ab Eccleſiis. Fed. de Sen. *conſ.* 380.
2 *Caſus talis eſt, Fœlicis.* † Extende; quia neq; cadunt ſub reſeruatione
vacantium in Curia; quia non ſunt beneficia. Zab. *conſ.* 117. *in pr.*
3 † Amplia, quia Hoſpitalia, leproſariæ, & ſimilia loca non com-
prehenduntur in litteris Papæ in prouiſione aliquorum, *cap.* 2. *de*
4 *præb. in clem.* † Extende; quia appellatione beneficiorum non ve-
niunt Hoſpitalia; ideo habens gratiam, vel collationem beneficii,
quod ſit Hoſpitale, non capit illud; quia gratia eſt nulla. Zab. *conſ.*
5 117. *in pr.* † Amplia, vt neq; comprehendantur in decima Papali
impoſita, vt in declaratione Bonifacii VIII. de qua Fed. de Sen. *d.*
6 *conſ.* 280 *in fi.* † Declara tamen, vt decima non ſoluatur de iis, quę
in vſum pauperum conſumuntur. *clem. fi. de decim.* & ita continere
declaratoriam Bonif. VIII. aſſerit Feder. in vlt. addit. quæ eſt Io.
7 Andr. *ad d. conſ.* 280. incipit *Ad Hoſpitalia.* † Amplia, etiam ſi literæ,
& reſeruationes, ac prouiſiones fierent motu proprio; quia non
extenduntur ad Hoſpitalia, & leproſarias. Fed. de Sen. *d. conſ.* 280.
*in fin. ver. non obſtat, quod proprio motu* Zab. *conſ.* 117. *per tot.* vbi eſt ca-
8 ſus. † Amplia; quia iura loquentia de beneficiis Eccleſiaſticis nõ
habent locum in Hoſpitalibus, quæ in titulum nõ conferuntur;
quia non ſunt beneficia, etiamſi committantur clericis quando-
que; quia ſunt loca prophana. Cald. *conſ.* 65. alias *vnic. de ſuppl. negl.*
9 *Prælat.* Zab. *d. conſ.* 117. *in pr.* † Et quod appellatione Eccleſiæ, &
Clericorum non veniant Hoſpitalia, Bald. *cõſ.* 205. *In cauſa quæ ver-*
10 *titur, in pr, lib.* 3. niſi conſtet de mente. † Amplia; quia literæ expe-
ctatiuæ in forma pauperum non capiunt Hoſpitalia. Lap. *alleg.* 80.
11 *n.* 1. *in fi. ver. item in hac forma.* † Extende, vt nec veniant in aliqua ex-
pectatiua Hoſpitalia, etiamſi ſint ſolita aſſignari in beneficium,
niſi de eis ſit facta mentio. Gemin. *conſ.* 107. *in fi. ver. circa ſecundum.*
12 † Limita; quia Hoſpitalia veniunt ſub comprehenſiuo vocabulo
Eccleſiarum, quando conſtat de intentione diſponentis, & alia
Hoſpitalia fuerunt incluſa ex vſu interpretante. Bald. *conſ.* 205. *in*
13 *pr. ver. primo præmitto, li.* 3. † Extende; quia Hoſpitalia regulantur in
plurimis prout Eccleſiæ: ideo ſicut valet legatum annuum, vel v-
ſusfructus factum Eccleſiæ ad centum annos; ita etiam factum*
Hoſpitali. Ioan. de Anan. *conſ.* 39. *in pr.* vbi Bologn. in apoſt.

## Hoſpitale ad vſum pauperum deſtinatum nõ eſt in poteſtate fundatoris. Concl. 167.

1 HOſpitale † fundatum, & deputatum ad vſum pauperum,
deſinit eſſe in poteſtate fundatoris, ita vt ſtatum dicti Ho-
ſpitalis non poſſit mutare. Oldr. *conſ.* 209. *col.* 2. *n.* 6. *v. nec obſtat, quod*
2 *in contrarium.* † Amplia; quia non poteſt fundator facere, quod
Epiſcopus non cogat hæredes, & Præſidentes Hoſpitali ad diſtri-
buendum bona ad vſum pauperum; quia non poteſt quis ordina-
re, quod iura non habeant locum in ſuo teſtamento. Cald. *conſil.*
65. *circa fi. ver. ideo licet teſtator,* quod eſt vnicum, *de ſuppl. negl. prælat.*
3 & idem tenet *conſ.* 417. alias *primo, de relig. domib.* † Amplia; quia li-
cet Rector debeat eſſe amouibilis ex fundatione teſtatoris; tamẽ
poteſt Papa apponere Rectorem perpetuum, etiamſi ſit Hoſpita-
le prophanum; quia Papa poteſt commutare voluntates omnes
4 teſtatorũ. Cald. *conſ.* 419. alias 3. *de relig. domib.* † Limita; quia Ho-
ſpitale erectum, & fundatum à laico, eſt in poteſtate fundatoris in
hoc, quia adminiſtratio, & regimen ſpectabit ad eum, vel ad eos,
quibus fundator diſpoſuit, etiã ſi ad religioſos ſpectare voluerit.
Bald. *conſ.* 160. *Quidam in morte. lib.* 5. Vide, *Hoſpitale non poteſt ædificari ſine licentia Epiſcopi, & quando ſecus. Concl.* 157.

## Hoſpitalia quibus committi poſſint. Concl. 168.

1 HOſpitalia † committi poſſunt ſecundum mentem funda-
2 toris clericis, & laicis. *clem. quia cõtingit, de religio. domib.* † Am-
plia; quia etiam religioſi poſſunt præfici gubernio, & adminiſtra-
tioni Hoſpitalis fundati à laico, ſi hoc diſpoſuit laicus in funda-
tione. Bal. *conſ.* 160. *Quidam in morte ſua, lib.* 5. Vide, *Religioſus non poteſt obtinere beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, & quando ſecus. Concluſio.* 148.

## Hoſpitalium magiſtri non habent titulum, & quid poſſint, & eorum priuilegia. Concl. 169.

HOſpitalium † magiſtri proprie mariti non ſunt, & titulum 1
non habent, ſed nudam adminiſtrationem temporaliũ, non
autem ſpiritualium. Oldr. *conſ.* 128. *Quoniam ad inueſtigationem. circa*
*fin. ver. ſexto videtur caſus, num.* 16. † Acquirunt tamẽ Hoſpitali, pro- 2
ut tutor pupillo Magiſtri, & alii deputati Hoſpitalium. Bald. *conſ.*
309. *Proponitur, quod Hoſpitale. n.* 3. *ver. poſtquam ſcripſi, li.* 3. † Alimen- 3
tari debent Hoſpitalarii ſeruientes Hoſpitali, ſicut quilibet alte-
ri inſeruiens, quia qui altari ſeruit, de altari viuere debet. Roma.
*conſ.* 440. *Non eſt dubium, in pr.* vbi quod appellatione victus, ſeu ali-
mentorum venit veſtitus, & alia neceſſaria, vbi apoſtill. in *ver. vi-*
*uere.* † Alienare non poſſunt magiſtri, vel rectores Hoſpitalium 4
bona Hoſpitalis ſine conſenſu magiſtri ipſius Hoſpitalis, ex lau-
dabili conſuetudine conſona iuri communi, Ferrer. *conſ.* 71. & *cõſ.*
141. vbi *n.* 5. loquitur de operariis Eccleſiæ in Tuſcia, qui habent
adminiſtrationem fructuum Eccleſiæ pro fabrica deputatorum,
& *conſ.* 142. de patronis Eccleſiarũ; qui poſſunt, licet laici, proui-
dere, ne bona Eccleſiæ diſſipentur, & *conſ.* 143. & per omnia dicta
conſilia, quod laici poſſunt ex conſuetudine colligere oblationes
Eccleſiæ, & in pios vſus conuertere, & idem ẽt Dec. *conſ.* 149. *n.* 3.
Magon. *dec. Florentiæ,* 61. Vide, *Fabrica & reparatio Eccleſiæ à quib. fa-*
*cienda. Concl.* 3. † Extende, quia eadẽ ſolemnitas requiritur in alie- 5
natione, vel obligatione Hoſpitalis, quæ requiritur in alienatio-
ne, vel obligatione Eccleſiæ; quia ſi Hoſpitale habet rectorem, &
capitulum, nihil poteſt ſine Capitulo, ſicut rector Eccleſiæ. Rom.
*conſ.* 389. *Paucis agam per tot.* † Contrarium dicit Abb. *conſ.* 104. *Pro* 6
*euidentia, in fi. li.* 1. quod rectores, & gubernatores Hoſpitalium æ-
quiparãtur tutorib. & ideo ſicuti tutor obligat pupillum propter
adminiſtrationem, ita rector obligat Hoſpitale. † Declara, quia ſi 7
Hoſpitale habet curam animarum, vel regitur à religioſis, aut ſal-
tem ſi eſt Eccleſiaſticum, tunc habeat priuilegium Eccleſiæ, & re-
quiritur eadem ſolemnitas, quæ in Eccleſia, Vide, *Alienatio bonorũ*
*Eccleſiæ prohibita regulariter. Concl.* 273. *n.* 21. & *n.* 39. & *ſeq.* † Priuari 8
non poteſt Hoſpitalarius ob non reſidentiam: vel non redditam
rationẽ, niſi prius fuerit monitus. Alex. *conſ.* 1. *li.* 7. † Adminiſtra- 9
tionem habent hoſpitalarii, & poſſunt obligare Hoſpitale, & ſuc-
ceſſores pro debitis contractis pro ipſo Hoſpitali, & ſucceſſor te-
netur ſoluere debita contracta ſub nomine Hoſpitalis, etiamſi
non probentur conuerſa habita in commodum Hoſpitalis. Rom.
*conſ.* 440. *n.* 4. *ver. ex iis ergo,* vbi dicit * communem. † Contrariũ, * 10
quod debeat probari verſum in vtilitatem Hoſpitalis, tenet gl. in
*l.* 1. *C. de vend. reb. ciuitatis lib.* 12. † Declara, quia ſolum in trib. caſib. 11
debet probari verſum in vtilitatem, videl. in mutuo, in depoſito,
& qñ res Hoſpitalis, vel Eccleſiæ venditur, in aliis caſibus non re-
quiritur, quod probetur verſum in vtilitatem. Rom. *d. conſ.* 440. *in*
*fi.* vbi apoſt. fin. in *ver. tenetur.* dat concor. & dicit, mercatores, qui
dederunt Abbati pannos pro veſtiendis monachis, habere intẽ-
tionem fundatam, licet Abbas non veſtiuerit monachos. Vide,
*Prælatus contrahendo, vel confitendo quando obliget Eccleſiam, vel non. Cõcl.*
506. Vide, *Succeſſor in Eccleſia, vel Epiſcopatu, ad quæ debita prædeceſſoris*
*teneatur, vel non. Concl.* 875. † Hoſpitalarii Hoſpitalium Eccleſiaſti- 12
corum, ſi habitum Eccleſiaſticum portant, ſunt exempti, & gau-
dent omnib. priuilegiis Eccleſiaſticis. Ant. de Butr. *conſ.* 40. *num.* 3.
† Extende, quia gaudent priuilegio *c. ſi quis ſuadente.* Ant. de Butr. 13
*d. conſ.* 40. *n.* 3. † Extende, quia conſuetudo contraria eſt caſſanda. 14
Ant. de Butr. *d. conſ.* 40. *in fi.* † Declara, quia imo priores Hoſpita- 15
lium exemptorũ nõ ſunt ipſi exempti, niſi ſint perpetuo oblati, &
deuoti Hoſpitalis exempti, *c. per exemptionem de priu. in* 6. ita decla-
rat Bart. *conſ.* 96. *in fi. li.* 1. quod duplicatur *lib.* 2. *conſ.* 28. *Reuerendo vi-*
*ro. circa fi.* ſub *n.* 6. vbi dat exemplũ de tribuno militũ, qui non gau-
det priuilegio militum, niſi ſit miles, quia habentes ſolam curam
non efficiuntur exempti.

## Hoſpitalarii tenentur reddere rationẽ adminiſtrationis. Concl. 170.

HOſpitalarii † tenentur reddere rationem ſuæ admini- 1
ſtrationis ſingulis annis, & ſufficit, quod ſint parati eã red-
dere, quando requiruntur. Ale. *conſ.* 1. *n.* 4. *li.* 1. † Et ideo ob nõ red- 2
ditam rationem priuari non poſſunt, niſi primo ſint moniti, & re-
quiſiti, & recuſauerint. Alex. *d. conſ.* 1. *in fi. li.* 7. Vide, *Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem de adminiſtratis. Cõcl.* 203. *cum duabus concluſionibus ibi proxime ſequentibus.*

### Hoſpitale conſtruendum, ſi hæres inſtituatur, qualiter, & per quem adeatur hæreditas. Concl. 171.

1 HOſpitale † cōſtruendum per exequutores datos, vel per
Epiſcopum exequutorem legitimum, poteſt hæres inſtitui
exemplo poſthumi naſcituri, ſed in hoc differt à poſthumo; quia
poſthumus poteſt hæres non naſci; Hoſpitale conſtruendum o-
mnino debet conſtrui; item hæreditas nomine ventris, ſeu bo-
norum poſſeſſio poteſt adiri; ſecus in Hoſpitali; quia interim, do-
nec cōſtruatur, non poteſt adiri hæreditas pro Hoſpitali cōſtru-
endo, neq; poteſt peti bonorum poſſeſſio. Bald. *conſ.* 319. *Præmit-*
☞ *tendum eſt ad euidentiā, in pr. li.* 5. Vide, *Hæredis inſtitutio quando, & qui-*
2 *bus fieri poßit. Concl.* 84. † Reſtringe; quia donec ædificetur Hoſpi-
tale, Epiſcopus tanquam curator hæreditatis iacentis illam ad-
miniſtrabit; quia æquiparatur curatori, qui ventris nomine poſ-
☞ ſidet. Bald. *conſ.* 319. *circ. med. ver. ſi vero loquimur, lib.* 5. Vide, *Curator*
3 *quib. dari poßit, & quib. non. Cōcl.* 110. † Reſtringe reſpectu ędificatio-
nis Hoſpitalis; quia interim exequutores de manu Epiſcopi ob-
tinebunt ſubminiſtrari pro ædificatione relicta omnia neceſſaria.
4 Bald. *conſ.* 319. *circa pr. ver. quid ergo fiet, lib.* 5. † Amplia; quia interim,
donec conſtruatur Hoſpitale, ſicuti hæreditas non poteſt adiri; ita
etiam non poteſt legatarius petere legatum ante aditam hæredi-
☞ tatem. Bal. *conſ.* 319. *poſt med. ver. ſi autem quæratur, li.* 5. Vide, *Legatum*
5 *non debetur, niſi adita hæreditate. Concl.* 52. † Reſtringe in legatis piis;
quia debentur etiam ante aditam hæreditatem. Bald. *d. conſ.* 319.
*circa fi. verſ. ſi autem quæratur. li.* 5. Vide; *Legatum factum Eccleſiæ certæ,*
*vel incertæ quando valeat, vel non. Concl.* 46. Vide, *Pia cauſa habet multa*
☞ *priuilegia. Concl.* 334.

### Hoſpitalis deſtructi bona cui applicentur. Concl. 172.

1 HOſpitale † ſi eſt diruptum, non tamen ſententia Principis,
poteſt, & debet reædificari, nec illius bona Eccleſiæ ſunt ap-
plicāda matrici, donec ſubeſt ſpes reparationis; quia remanet ha-
bitu Hoſpitale, licet non actu. Bald. *conſ.* 368. *Nunc venio ad merita,*
2 *in fi. ver. ſuper alio li.* 1. † Amplia; quia imo Hoſpitalitas eſt ſeruanda
eo modo, quo poteſt, videlicet diſtribuendo fructus pauperibus
extra Hoſpitale, vel conducendo domū, quæ ſeruiat pro Hoſpi-
3 tali. Bald. *conſ.* 379. *Sequitur quod anno domini, li.* 1. *in fi.* † Imo ſi poſſi-
bile eſt Hoſpitale reparari, debent fructus expendi in reparationē
4 Hoſpitalis, ſecundum Bald. *d. conſ.* 379. *in fi. li.* 1. † Amplia; quia ſi
Hoſpitale eſt deſtructum chaſmate, vel alias, ſi eſt ſpes reædificā-
di, retinet nomen, & actum Hoſpitalis, licet non habitum, & ex
legatis acquiritur hoſpitali, vel ſancto, ſub cuius inuocatione eſt;
& ſi applicatur poſt deuaſtationem alteri ordini, acquiritur pri-
mo vel ſecundo ordini, prout eſt intentio legantis, vt circa prima
legata acquiratur primo ordini, circa ſecunda poſt nouam appli-
cationem acquiratur ſecundo. Bald. *conſ.* 309. *Proponitur, quod Ho-*
☞ *ſpitale. per totum.* maxime *n.* 3. *li.* 3. Vide, *Deſtructio & demolitio rei quā-*
*do faciat ceſſare rem ipſam. Concl.* 228.

### Hoſtes fidei qui dicantur, & quando poſſunt prædari. Concl. 173.

1 HOſtes † fidei poſſunt impune prædari à fidelibus. Bald. *conſ.*
140. *Factum ſe habet, in fi. lib.* 4. vbi qui dicuntur hoſtes inter
prætendentes factionem pro Eccleſia, & contra Eccleſiam; & di-
cit, quod ſunt hoſtes, qui ſunt contra Eccleſiam; ſed tamen in illo
caſu inter Vibeueranos diuiſos in partialitates dicit ſe neſcire iu-
dicare.

### Hoſtiam non conſecratam ſumens tāquam conſecratam peccat, & punitur. Concl. 174.

SAcerdos † ſumens Hoſtiam non conſecratam propter cri- 1
minis conſcientiam, magis peccat, quam ſi cōſecratam ſume-
ret. Cald. *conſ.* 495. *circa med.* alias 4. *de hæret.* allegat *cap. de homine de*
*celebrat. Miſſarum.* † Laicus pariter ſumens in articulo mortis ho- 2
ſtiam non conſecratam, non propterea poteſt hæreticus iudicari.
Cald. *d. conſ.* 495. alias 4. *de hæret.*

### Humilitas laudatur, ſuperbia damnatur. Cōcl. 175.

HVmilitas † ſurſū, ſuperbia in inferiora demergit, *ca. quoniā.* 1
10. *diſtinct.* plura Rom. *conſ.* 522. *Beatißimus, nu.* 2. *& per totum, &*
*n.* 4. ibi ponit exempla. Sic & CHRISTVS Dominus noſter hu-
miliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem
autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit
illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen, &c. Sic Beata Maria Dei
genitrix immaculata, annunciata ab Angelo: *Ecce ancilla Domini,*
*fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Lucæ cap. 1. & ibi: *Quia reſpexit hu-*
*militatem ancillæ ſuæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatio-*
*nes.* Sic B. Ioannes Baptiſta, vt in Euangelio Ioannis ca. 1. *Et confeſ-*
*ſus eſt, & non negauit; quia ego non ſum* CHRISTVS, *ego baptizo in aqua,*
*medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis, ipſe eſt, qui poſt me venturus*
*eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiā cal-*
*ciamenti eius;* & reliqua. † Amplia; quia humilitas eſt clauis, quæ 2
aperit Regnum Cœlorum, & reſerat myſterium ſcripturarū, &
qui virtutes ſine humilitate congregat, quaſi puluerem in ventū
iactat, ſecundum Gregor. Rom. d. ſermone in Concilio Baſilien-
ſi, *n.* 30. † Habet tres gradus; primus, ſubdere ſe maiori, & non p- 3
ferre ſe æquali: ſecundus, ſubdere ſe æquali, nō præferre ſe mino-
ri: tertius, ſubdere ſe minori, & hæc ſuperabundans, vt dicit Rō.
in ſermone habito in Concilio Baſilienſi, *n.* 30. † Amplia; quia ne- 4
mo viuificatur, niſi per humilitatē, quæ eſt caput virtutū omniū,
vbi, quod Dominus noſter IESVS CHRISTVS particulariter di-
cit: *Diſcite à me humilitatem; quia mitis ſum, & humilis corde. ca. quiſcit.*
*ſe.* 2. *qu.* 6. Rom. d. ſermone, *n.* 30. Et alibi docet: *Cum inuitatus fueris*
*ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, &c.* Luc. ca. 14.

### Humorenſis Eccleſiæ cōſuetudo, & priuilegia. Concl. 176.

CAnonicvs † nouus ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ S. 1
Andreæ Humoren. iuratam, & confirmatam à Legato Apo-
ſtolic. per primos quatuor annos deſeruiēs nō habet fructus, qui
applicantur Eccleſiæ, neq; diſtributiones, quæ applicantur Ca-
nonicis ſeruientib. Oldr. *conſ.* 220. qui dicit talem conſue-
tudinem non valere, per extrauag. Ioannis XXII.
*Suſcepti regiminis.*

# I.

### IANVÆ CIVITAS, STATVTA, CONſuetudines, & priuilegia. Concl. 1.

1 IAnvenſis † Archiepiſcopus habet
priuilegia concordata in Cōcilio Cō-
ſtantienſi ſub Martino Papa V. vt ſibi
non obſtēt reſeruationes Papę de be-
neficiis eccleſiaſticis, niſi quoad reſer-
uationes, quæ ſunt in Corpore Iuris.
Gemin. *conſ.* 36. *Quod collatio, per totum.*
vbi, quod extenduntur talia cōcorda-
ta ad alios collatores in diœceſi Ianu-
enſ. & latius *cōſ.* 56. *per totum*, vbi, quod
reſeruatio Papæ contraria non derogat prouiſioni ordinariæ Ar-
chiepiſcopi Ianuenſ. & dicit, quod habēt eadē priuilegia, quæ ha-
bent Germani, quib. concordata ſunt conceſſa; quia pro extēſio-
2 ne ad Ciuitatem Ianuæ omnia cenſentur cōceſſa. † Ciuitas Ianuę
fuit domina Cypri, vbi tenebat Admiratum, & alios officiales, vt
per Bald. *conſ.* 378. *Semper ſaluo ſaniori. li.* 5. vbi eſt caſus, qui incipit,
*Caſus præſentis quæſtionis,* in quo narratur, quod de anno 1352. ſubiu- 3
garunt inſulam, ad vindictam necis quorumdā Ianuenſiū. Vide,
*Rex Cypri recognoſcit imperium, & aliqua facta de Regno. Concl.* 343. † Et
ratione quarundam pecuniarum debitarū Ianuenſib. fuit captus
RexCypri ab ipſis Ianuenſib. qui pro liberatione ſua dedit Com-
muni Ianuæ liberam ciuitatem Famauguſtæ. Bald. *conſ.* 182. *Caſus* 4
*talis eſt. li.* 5. † Guerram habuit cum Piſanis, & fecerunt treugam
per multos annos, cum obligatione, quod Piſani non poſſent re-
capitare bannitos Ianuēſium. Ang. *conſ.* 261. *Punctus eſt, in anno.* vbi,
quod non trahitur diſpoſitio ad bannitos poſt pacem, & obliga-
tionem. † Item guerram habuit cum Venetis, & fecerunt pacē, 5
& inter alia cōuentum fuit, quod Ianuēſes cum nauiliis armatis
non poſſent nauigare in gulpho Venetorū, ſed ſolum pro merca-
tiis, & bona fide, neq; Veneti vltra portum Piſanum. Angel. *conſ.*
290. *Thema eſt tale, per totum.* vbi, quod non poſſunt Veneti
impedi-